

observabis, non attendes, non auscultare soles; aures quidem, quibus audire possis, habet Israel, at non acquiescet. Certè in hoc versu cæcitatè Judæorum exponit, de qua jam supra cap. 6 dictum est: et ex Evangelio manifestum est quòd habentes oculos, non viderunt; et aures, non audierunt. Et hæc est causa ob quam peccatum eorum non fuit remissum. Nam apud Joannem 9, inquit Dominus quòd venisset ut qui viderent cæci fierent; cui Pharisæi: Ergo nos cæci sumus? Respondit Dominus: Si cæci essetis, non haberetis peccatum; nunc autem dicitis quia videtis, idèò peccatum vestrum manet, stat, non præterit, non remittitur. Unde alibi dicebat: Qui habet aures ad audiendum, audiat; nimirum quòd multi habent patulas aures, sed non audient, id est, attendent, obediant. Idèòque in parabola loquebatur illis, etc. Ceteros, observabis, conferens in corde tuo; schamar enim ita interdum accipitur. Indignum autem erat ut qui promissiones, revelationes seu visiones plurimas à Deo acceperat, cæcitet sub adventu lucis ac veritatis. De loco enim nativitate, de tempore, deque aliis circumstantiis omnibus quæ cognitioni solent deservire, visiones habuerunt Israelitæ. Insuper et assueti erant verba Dei et promissiones illas audire, quæ per omne sabbatum legebantur et exponebantur; neque sic tamen attendunt. Caveant Christiani ne hæc ipsa verba in eos Dominus torqueat, qui fidei lumine multo plura viderunt, et auribus corporis audire conserverunt; paucissimi tamen observant, paucissimi audiunt; plerique cæci, plerique surdastris sunt: caveant, inquam, ne sicut similes in peccatis sunt, similes quoque sint in penâ, quam paulò post propheta explicabit. QUI APERTAS HABES AURES, etc. Vulgatus personam mutavit; ego Hebraica expressi; sed sensus constat.

VERS. 21. — ET DOMINUS VOLUIT. Variè potest hic locus reddi: sed ego simplicissimam interpretationem (omissis que hoc loco alii dicunt) apposui. Et quidem Vulgate editionis sensus hic est: Obcecatus est Israel, ut audiret: ne putetis tamen id aliter quàm vitio ipsius accidisse. Dominus enim volebat quidem eum sanctificare, seu justificare, ac proinde magnificare legem seu doctrinam suam et verbum suum, dum populum, cui lata est lex, sanctificat. At ipse populus sua culpa fecit ut merito in direptionem traderetur. Quæ interpretatio satis cum Hebræo convenit. Possumus tamen hanc voluntatem seu approbationem Domini ad superiora referre; q. d.: Hanc Judæorum execrationem, hanc indurationem populi sui Jehova approbavit, ratam habuit, consensit, et quodam modo letatus est quòd Israel sic sui proderet duritiem animi, et ita innotesceret universis ejus cæcitas atque perniciosa. UT SANCTIFICARET EUM, id est, propter justitiam suam; vel ut justificaret se, id est, notam faceret justitiam suam. Fortè est quod Paulus ait Rom. 9: Volens ostendere iram suam, sustinuit in multâ patientiâ vasa apta in interitum, etc. Ostendit autem Deus, ubi Judei obcecati sunt, justitiam suam, dum populo suo non parci ob scelera eorum, et ab eis auferit

regnum Dei, illudque dat genti facienti fructus ejus. Duo enim habet justitia Dei, seu sanctitas ejus, punire, et benefacere; utrumque nos jubet Paulus considerare, Dei severitatem in eos qui ceciderunt, nempe Judæos; bonitatem verò in eos qui inseri sunt truncis, etc. MAGNIFICARET LEGEM. Consecuta est autem magnificatio, amplificatio et gloria legis Dei sui dictorum ejus (quod nihil aliud est quàm justificatio Dei) Judæorum execrationem, eò quòd omnia quæ ipsis execratis acciderunt in Scripturis continebantur, et multò antea ea prædixerat et Moses et propheta, si nollet luci venienti applaudere ac veritati non acquiescerent. Justificavit etiam se et legem suam postquam illi execrati sunt, quia ostendit se esse Deum cui displiceant iniqui, eò quòd abjecerit populum suum, neque pro suis habere voluerit qui veritati non credunt, consentiunt autem iniquitati, hos enim manet ira et indignatio, ut affirmat Paulus ad Romanos. Nec aliud certè ratione quàm quòd dehonestare populum Dei et ministris cultus ipsius detrahare videretur, hanc verò blasphemiam retudit Dominus, significans, non eo se animo illos filios Diaboli vocasse, sed ut honorem Patris à calumniis assereret, qui omnino in lubrico esse videbatur si tales filios pro filiis agnosceret credideretur. Quod itaque in Evangelio est cohonestare Patrem, hic dicitur justum Deum ostendere et magnificare doctrinam seu legem, etc.

VERS. 22. — IPSE AUTEM POPULUS. Vulgatus tam pro adversativâ particulâ accepit, ut interdum solet, propterea quòd eum subesse sensum existimavit quem supra dixi. Verum cum hæc penam sonent potius quàm culpam, quadrabit verbum futuri vel presentis, si suppletur, et ipse populus directus, scilicet erit, quasi hoc malum secutum fuerit execrationem illam, sicut mox ipse propheta v. 24 exponit. LAQUEUS JUVENUM OMNES, laqueus juvenum universitas ipsorum, vel omnes ipsi; ita ad verbum vertendum est. Nam cum nomen pheac habeat formam quam emphaticam appellabat Angelus Caninus præceptor meus, casum regere nequit. Sensus ergo hic est: Omnes juvenes electi in illo populo, qui ad bella eligi solent, sunt, vel erant, laqueus, id est, illaqueati et veluti laquei capti. Hunc sensum probant antecedentia et sequentia, quòd depredati, quòd in domibus carcerum, etc., abditii sint. Juxta Vulgatè verò versionem dicitur Israelitæ laqueus juvenum suorum, quia propter peccata populi juvenes in bello capti sint, etc. Hanc loquendi formam quia plurimè ex interpretibus non intellexerunt, nomen bacurim ut compositum acceperunt, id est, in speluncis. Certè si pro cavernis velis accipere, sensus hic erit: Laqueus in cavernas omnes ipsi, id est, concatenati in foveas trusi sunt. Neque est qui ERAT, etc. Ultimam hæc verba captivitatem Judæorum significant.

VERS. 23. — QUIS EST IN VOBIS, etc. Queritur Isaias quòd nemo ex Israelitis hæc quæ de ipsorum execratione et devastatione prædicebat, vel eo tempore attenderet neque secum quisquam reputaret quòd illa tandem eventura essent. Quod non sine sensu doloris dictum existimo. Idem enim videtur propheta sentire quòd Moses quando dicebat: Gens absque consilio est et sine prudentiâ. Ultimam sapere ac provide-rent.

VERS. 24. — QUIS DEDIT, etc. Hæc sunt quæ volebat Israelitas propheta secum pendere antè quàm fierent, quin etiam postquam facta sunt. Quibus etiam verbis exponit quæ paulò obscurius supra dixerat v. 22, et 25. Certè si Judæi hodiè hæc pro dignitate secum volverent, cæcitatem suam agnoscerent. Quid enim peccaverunt patres eorum, unde tamdiu in captivitate, dispersi in omnes gentes, absque rege, sacerdote et propheta maneat? Peccata quidem gravissima et immania scelera tum in Deum tum in servos ejus prophetas captivitate 70 annorum punita sunt. Quis, quæso, dedit dilectum populum in captivitatem 1320 annorum? Certè Jehova ipse. Ob quam causam? Is ipse in quem peccavimus, vel erravimus, quòd videlicet ad nos descendit, cuius dictis audientes non fuimus, quem negavimus, etc. ET NOLUERUNT. Mutatio est personæ Hebræis frequentissima. Vel cum Isaias sub primâ personâ plurali dixisset peccavimus, significat

## CAPUT XLIII.

1. Et nunc hæc dicit Dominus creans te, Jacob, et tormans te, Israel: Noli timere, quia redemi te, et vocavi te nomine tuo, meus es tu.
2. Cum transieris per aquas, tecum ero, et flumina non operient te: cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te.
3. Quia ego Dominus Deus tuus, Sanctus Israel, salvator tuus; dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiæ et Saba pro te.
4. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, et gloriosus: ego dilexi te, et dabo homines pro te, et populos pro animâ tuâ.
5. Noli timere, quia ego tecum sum; ab oriente adducam semen tuum, et ab occidente congregabo te.
6. Dicam aquiloni: Da; et austro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, et filias meas ab extremis terræ.
7. Et omnem qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, et feci eum.
8. Educ foras populum cæcum, et oculos habentem: surdum, et aures ei sunt.
9. Omnes gentes congregatae sunt simul, et collectæ sunt tribus: quis in vobis annuntiet istud, et quæ prima sunt, audire nos faciet? dent testes eorum, justificentur, et audiant, et dicant: Verè.
10. Vos testes mei, dicit Dominus, et servus meus, quem elegi: ut sciatis, et credatis mihi, et intelligatis quia ego ipse sum. Antè me non est formatus deus, et post me non erit.
11. Ego sum, ego sum Dominus, et non est absque me salvator.

ficans non omnes execratos, neque omnino repulsiſſe Dominum populum suum, mutatâ orationis formâ, ait, et non voluerunt in viis ejus ambulare, et non acquieverunt in doctrinâ ejus: sic enim reddi potest verbum schama, quando cum Beth constructo. Malui autem doctrinam quàm legem hoc loco vertere, quia de doctrinâ Domini Jesu est sermo.

VERS. 25. — ET FORTE BELLUM. Firmitudinem belli, seu bellum difficile ac durum, in quo hostes obfirmato animo depugnabant. Hoc est illud bellum Judaicum de quo apud Josephum: Venerunt quidem Romani ut Palestinam subjugarent; sed adventus eorum erat effusio arboris iræ Domini. Possimus reddere, sed eodem sensu, effudit contra eos ardorem nasi sui. Familiare enim est Scripturis Deo tribuere quòd fumum et ardorem à naribus efficit, etc. ET COMBESSIT EUM IN CACTU. Vulgatus noluit cum Hebræo mutare personam; ego Hebræa expressi. ET NON COGNOVIT. Etiam post tam diram obsidionem, post tam diuturnum et difficile bellum, post universam Judæam undique vastatam, non intellexit quòd ob infidelitatem in Christum Domini puniretur; imò neque postquam totus conflagravit ponet super cor suum. In quibus verbis execrationem Judæorum et duritiem cordis post vastationem Jerosolymorum notat. Idèòque cum Hebræo prius verbum in præterito verti, non cognovit; posterius in futuro, non repone super cor suum.

## CHAPITRE XLIII.

1. Et maintenant voici ce que dit le Seigneur qui vous a créé, ô Jacob, et qui vous a formé, ô Israël: Ne craignez point, parce que je vous ai racheté, et que je vous ai appelé par votre nom; vous êtes à moi.
2. Lorsque vous marcherez au travers des eaux, je serai avec vous; et les fleuves ne vous submergeront point; lorsque vous marcherez dans le feu, vous n'en serez point brûlé, et la flamme sera sans ardeur pour vous.
3. Parce que je suis le Seigneur votre Dieu, le Saint d'Israël, votre sauveur: j'ai livré, pour votre rançon, l'Égypte, l'Éthiopie et Saba.
4. Depuis que vous êtes devenu considérable devant mes yeux, et que je vous ai élevé en gloire, je vous ai aimé; et je livrerai les hommes à votre place, et les peuples pour racheter votre vie.
5. Ne craignez point, parce que je suis avec vous. Je ramènerai vos enfants de l'orient, et je vous rassemblerai de l'occident.
6. Je dirai à l'aquilon: Donnez; et au midi: Ne les retenez point. Amenez mes fils des climats lointains, et mes filles des extrémités de la terre.
7. Et quiconque invoque mon nom, car c'est moi qui l'ai créé, qui l'ai formé, et qui l'ai fait pour ma gloire.
8. Faites sortir le peuple aveugle, quoiqu'il ait des yeux, le peuple sourd, quoiqu'il ait des oreilles.
9. Toutes les nations sont assemblées, et tous les peuples sont réunis. Qui de vous annoncera ces vérités? Qui de vous nous fera entendre les choses qui sont arrivées autrefois? Que ces peuples produisent leurs témoins, qu'ils vérifient leurs prophéties; et alors on les écouterà et on leur dira: Vous dites vrai.
10. Vous êtes mes témoins, dit le Seigneur, et mon serviteur que j'ai choisi, afin que vous sachiez, que vous croviez et que vous compreniez, que c'est moi qui suis; et qu'il n'y a point eu de Dieu formé avant moi, et qu'il n'y en aura point après moi.
11. C'est moi, c'est moi qui suis le Seigneur; et hors moi, il n'y a point de sauveur.



12. Ego annuntiavi, et salvavi: auditum feci, et non fuit in vobis alienus; vos testes mei, dicit Dominus; et ego Deus.

13. Et ab initio ego ipse, et non est qui de manu mea eruat; operabor, et quis avertet illud?

14. Hæc dicit Dominus redemptor vester, Sanctus Israel: Propitius vobis misi in Babylonem, et detraxit vobis universos, et Chaldaeos in navibus suis gloriantes.

15. Ego Dominus Sanctus vester, creans Israel rex vester.

16. Hæc dicit Dominus qui dedit in mari viam, et in aquis torrentibus semitam:

17. Qui eduxit quadrigam et equum, agmen et robustum, simul obdormierunt, nec resurgunt; contriti sunt quasi limum, et extincti sunt.

18. Ne memineritis priorum, et antiqua ne intueamini.

19. Ecce ego facio nova, et nunc orientur, utique cognoscetis ea; ponam in deserto viam, et in invio flumina.

20. Glorificabit me bestia agri, dracones et struthiones; quia dedit in deserto aquas, flumina in invio, ut darem potum populo meo, electo meo.

21. Populum istum formavi mihi: laudem meam narrabit.

22. Non me invocasti, Jacob, nec laborasti in me, Israel.

23. Non obtulisti mihi arietem holocausti tui, et victimis tuis non glorificasti me: non te servire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.

24. Non emisti mihi argenteo calanum, et adipe victimarum tuarum non inebriasti me; varumtamen servire me fecisti in peccatis tuis; præbui mihi laborem in iniquitatibus tuis.

25. Ego sum, ego sum ipse, qui deleo iniquitates tuas propter me, et peccatorum tuorum non recordabor.

26. Reduc me in memoriam, et judicemur simul; narra si quid habes ut justificeris,

27. Pater tuus primus peccavit, et interpretes tui pravariati sunt in me.

28. Et contaminavi principes sanctos, dedi ad interfectionem Jacob, et Israel in blasphemiam.

VERS. 1. — ET NUNC. Quia et cæcitatem et deystationem Israelis in superioribus enarrârat, ne videretur Deus omnino repulsiſſe populum suum et semen Abraham abieciſſe, qualis futurus sit deinceps Dei populus, non solum ex Israelitis secundum carnem sed ex omnibus gentibus, ita ut isti etiam censentur viri Israelitæ: et ad semen Abraham pertineant, jam incipit exponere. In quo argumento pertractando cum multus sit Isaias, obscurus tamen est, eod quod invidia plenum esset Judæis secundum carnem. Est autem prophetis familiare transitionem his verbis significare: Et nunc sic dicit Dominus, pro nunc autem, etc., estque velut appendix quedam superioris orationis, et

12. C'est moi qui vous ai annoncé les choses futures, et qui vous ai sauvés; je vous ai fait entendre l'avenir; et il n'y a point eu parmi vous de Dieu étranger. Vous m'en êtes témoins, dit le Seigneur; et vous savez que je suis Dieu.

13. C'est moi qui suis dès le commencement; et nul ne peut m'arracher ce que je tiens entre mes mains. Quand j'ai résolu d'agir, qui pourrait s'y opposer?

14. Voici ce que dit le Seigneur qui vous a rachetés, le Saint d'Israël. J'ai envoyé, à cause de vous, des émissaires contre Babylone; j'ai fait tomber tous ses appuis; j'ai renversé les Chaldéens qui mettaient leur confiance dans leurs vaisseaux.

15. Je suis le Seigneur, le Saint qui est parmi vous, le créateur d'Israël, et votre roi.

16. Voici ce que dit le Seigneur, qui a ouvert un chemin au milieu de la mer, et un sentier au travers des abîmes d'eaux;

17. Qui fit sortir les chariots et les chevaux, les bataillons et toutes leurs forces. Tous furent ensevelis dans un sommeil dont ils ne se réveillèrent point; ils furent étouffés et éteints comme la mèche d'une lampe.

18. Mais ne vous souvenez plus des choses passées; ne considérez plus ce que j'ai fait autrefois.

19. Voilà que je vais faire des choses nouvelles, bientôt elles paraîtront; certainement vous les connaîtrez; je ferai un chemin dans le désert, je ferai couler des fleuves dans une terre inaccessible.

20. Les bêtes sauvages, les dragons et les autruches me glorifieront, parce que j'ai fait naître des eaux dans le désert, et des fleuves dans une terre inaccessible, pour donner à boire à mon peuple, au peuple que j'ai choisi.

21. J'ai formé ce peuple pour moi: il publiera mes louanges.

22. Jacob, vous ne m'avez point invoqué; Israël, vous ne vous êtes point appliqué à me servir.

23. Vous ne m'avez point offert vos bœufs en holocauste; vous ne m'avez point glorifié par vos victimes. Je ne vous ai point assujéti à m'offrir des oblations; je ne vous ai point donné la peine de m'offrir de l'encens.

24. Vous n'avez point donné votre argent pour acheter de bonnes odeurs, et vous ne m'avez point rassasié par la graisse de vos victimes, mais vous m'avez assujéti à vos péchés; vous m'avez causé de la peine par vos iniquités.

25. C'est moi néanmoins, c'est moi-même qui efface vos iniquités, pour l'amour de moi; et je ne me souviendrai plus de vos péchés.

26. Rappelez-moi dans votre mémoire, et entrons ensemble en jugement; proposez tout ce qui pourrait servir à vous justifier.

27. Votre premier père a péché; et ceux qui vous interprétaient ma loi, m'ont désobéi.

28. C'est pourquoi j'ai découvert l'impureté des princes du sanctuaire; j'ai livré Jacob à la boue, et j'ai fait tomber Israël dans l'opprobre.

## COMMENTARIUM.

quasi temperamentum quoddam quo superiora debent intelligi. CREANS TE, JACOB, etc. Creationem et peculiarem formationem, quando videlicet populum illum sibi in peculiarem populum in patribus elegit, commemorat, ut confirmet in spe, neque de se actum esse putet. NOLI TIMERE; quia redemi te. De redemptione ex Ægypto intellige; quod eadem ratione quâ quod præcessit hic in mentem rediit. VOCAVI TE NOME TUO. Hebr., in nomine tuo, vel per nomen tuum. Hebraismus est, quem sic aptè redderemus: Tuo te nomine compellendo dixi, Israel, tu meus es. Hic quoque illam peculiarem electionem in memoriam revocat, quando initio federe cum toto populo promi-

sit Se fore ipsorum Deum, illi autem obedientiam ei sempiternam polliciti sunt; unde peculium Domini et populus peculiaris dicitur esse Israel non uno loco; imò et filius primogenitus. NE TIMEAS, inquit; ne putes ob ea que dixi funditus te evertendum. Ergo ut Israelis spem confirmet, quatuor genera beneficiorum commemorat; 1<sup>o</sup> creationis; ipse enim est qui universos creat, et ab ipso omnes habemus quod sumus. Israelite autem peculiari ratione creati dicuntur à Deo, quòd miraculosè Abraham filium Isaac obtinuit, sicut etiam et Isaac ipsum Jacob; 2<sup>o</sup> formationis; licet enim verbum *iotser* sæpè pro *creare* seu *facere* usurpetur, propriè tamen formationem seu fictionem qualis est figurarum ut *statuorum* notat, et ad formam figuramque refertur. Hanc in Israele ad legem possumus accommodare et ritus ac ceremonias quibus à cæteris nationibus, velut vas à vase figurâ, distinguebatur; 3<sup>o</sup> redemptionis ex servitute; 4<sup>o</sup> electionis in populum peculiarem, cum quo fœdus iniiit ut ejus esset peculiari nomine ac ratione, etc. Hinc ergo habes: Debere nos in adversis et comminationibus Dei, ne omnino animum deſpondeamus, nosmetipsos commemoratione divinarum beneficiorum suffulere, ut Deo dicamus ne velit opera manuum suarum perdere, etc.

VERS. 2. — CUM TRANSIERIS PER AQUAM. Futura sunt Hebræis, *transibis, inundabit, ambulabis, adieris, ardebit*; sed futuri tam varius est usus ut hæc vel de beneficiis jam olim in Israele collatis vel tanquam promissiones conferendorum possumus accipere. Ego in versione Vulgatæ secutus sum. Sed si ad præterita velis referre, sic veritas: *Cum transieris per aquam, tecum eram; et cum per flumina, non inundabit te: cum ambulares in igne, non adurebaris, et flamma non ardebat in te*; similiter et duo versus qui sequuntur. Neque est hic sensus abjiciendus, quasi qui tot tantaque beneficia contulisset, non commissurus videretur ut omnino interiret populus ille, quinimò loco eorum qui ex populo reprobandentur, adduceret ab oriente et occidente qui recumberent cum Abraham in regno calorum, et ex lapidibus susciteret filios Abraham, ut v. 5, et seq. videre poteris. Notum est autem Israelitis per mare Rubrum et per fluvium Jordanem incolumes siccò vestigio pertransisse, et in mediis deserti arduibus illas quoque perdurasse. Adde quòd per ignem et aquas universa pericula solent designari in Scripturis. Sin autem hæc ut promissiones accipias, pertinent ad veros Israelitas et Ecclesiam piorem, quos Dominus ab incendio et inundatione, quibus genus Abraham penè obrutum fuit, tam scelerum quam calamitatum servavit.

VERS. 5. — QUIA EGO DOMINUS DEUS TUUS, SANCTUS ISRAEL, SALVATOR TUUS. Possunt hæc tam præcedentibus quam sequentibus conjungi. DEDI PROPITIATIONEM TUAM, etc. De voce *caphtar* jam supra dictum est, quòd pro *piculo* seu *expiatione* seu *lustratione* accipitur. Inquit ergo, in gratiam tuâ, tantum ut tibi possem tua scelera condonare, vicinos tuos Ægyptios et Æthiopes miris modis direxavi, ut eorum exemplo respiceres. Vel, *tradidi*, inquit, in tuam potestatem

Ægyptios, etc., ut mihi eos quasi immolares pro peccatis tuis, teque eorum sanguine expires, non bonum, aut arietum, etc., ut idem sit hoc quod Scriptura non semel insinuat, occisionem impiorum esse acceptissimam victimam Domino. Quòd facti quod Levitis dictum est: *Consecrasti manus vestras Domino, etc.*, et quod Prov. 21, dicitur: *Piculum est pro justo improbus*. Nam si improbi permittantur vivere, propter eos interdum et flagella patiuntur probi; si vero occidantur, quodammodo expiantur, et mundi atque innocentes manent coram Domino; ubi est idem nomen et constructio. Vel, *Dedi propitiationem tuam Ægyptum*, etc., id est, ut mihi quasi fieres propitiis, et tui gratiam promererer, et te beneficiis devincirem. Si hæc ut res gestas accipias, quasi faciant ad confirmationem spei, quòd non possit Deus deserere populum quem tant fecerit, reducere hic in memoriam oportet quanta passi fuerint Ægyptii propter Israelitas. Æthiopes autem vicini sunt Ægyptiorum; et supra de eorum vastatione dictum est. Existimo autem hic *Seba* populum illum significare qui ingredientibus mare Rubrum seu Erythraem ex Oceano Indico ad lavam habitat, quam regionem nostri communi nomine *terram Arabum* appellant; qui longè latèque diffusi majori ex parte subsunt principi Nubianorum. Fuit autem *seba* filius Cuss, et nepos Ham, filii Noah, sicut legitur Gen. 10, à quo regio nomen accepit. Quare pro eisdem accipio Cuss et Seba; quasi exponeret quos Æthiopes designaret. Reperitur autem et in sacris litteris aliud nomen huic simile, nempe *Saba*, quo existimo Arabiam Felicem designari, quæ mari Erythraeo ab illa altera regione distinguitur aliquò ex parte. Utrumque ponitur Psal. 72: *Reges Scheba et Seba remmerationem adducunt*; ubi Vulgatæ recet *Arabes* posuit primo loco. Quòd si quis hoc loco  $\square$  pro  $\Psi$  positum contendat, et tres hic populos designari, *Ægyptios, Æthiopes et Arabes*, cum hoc non contenderem. Si autem hæc tanquam promissiones accipias, quæ interdum per præteritum efferuntur à prophetis, manifestum est, Israelitis gentium regiones subditas fuisse, nullasque victimas Deo magis gratas inquam oblatas fuisse quam quæ Apostoli et discipuli Domini ex universo orbe Deo obtulerunt. Unde et quodam loco Paulus *sacrificii fidei* discipulorum meminit. Accepta enim fide gentes mundo et carni moriebantur, et Deo vivere incipiebant. Alii etiam *hostiarum vivarum* mentionem facit, et eos quos ad Christum adduxerat *gaudium et coronam suam* vocabat, nemum *propitiationem suam*.

VERS. 4. — Ex quo. *Meascher* pro rationali partidat accipiunt Hebræi, quia, eò quòd. Potest esse et temporis, ex quo tempore, cum printum. Nam de loco quoque dicitur, Exod. 5. Pendat autem oratio usque ad verbum *dedit*; quia, inquit, *pretiosus fuisi in oculis meis, et quia honoratus fuisi, et quia dilexi te, idcirco dedi homines pro te, etc.*, vel, *ex quo tempore mihi vretions esse copisti, et te in honore habui, etc.*, statim dedi homines pro te, etc., id est, in tui gratiam homines alios nihil feci. *Corripuit pro eis reges, ne*



*Christos suos tangerent, inquit David. Et transierunt de genti in gentem, et de regno ad populum alterum; non permisit hominem nocere eis, etc. Et dabo; puto vau esse conversurum, et dedi, vel tunc dedi, seu statim dedi; in quo usu sæpe ab Hebræis usurpatur. Hic vides probos in pretio esse coram Deo. Pro eodem autem accipit in pretio esse, honoratum esse et dilectum esse; nisi forte quod ultimo loco adject, nempe dilectionem, tanquam fontem et originem præcedentium et omnium bonorum in homine voluit apponere. Quem enim dilexit, evertit, honoravit; et alios tanquam servos habuit, imò ut villa mancipia. An non primogeniti Ægyptiorum, à primogenito Pharaonis, qui erat futurus hæres, usque ad primogenitum ancillæ, ut illis bene esset, ut redimi possent et vivere, tanquam victimæ cæsi sunt? Qui ergò dilectionem Dei non magni facit, quid sit beatum esse omnino ignorat, etiam in hac vita.*

**VERS. 5.** — *NOLI TIRERE. Jam mysterium aggreditur absconditum sculis precedentibus, ut inquit Paulus, revelatum autem Apostolorum temporibus, ac quoniam modo coherentem excecatio seu devastatio Judeorum cum magnificentis promissionibus tam factis quam etiam superioribus versibus contentis exponit; neque rursus bono animo esse jubet. Ego TECUM SUM. Hebraismus est frequentissimus in sacris litteris (de quo jam nonnulli supra dictum est in nomine *Emmanuelis*) quo favor et auxilium Dei significatur. Quid enim deesse aut quid mali accidere poterit ei cui adit Deus? Ad ORIENTE ABDECAM, etc. Hoc est mysterium: *Gentes esse coheredes et participes promissionum divinarum, et ex omni mundi plagâ venturos qui in semine Abraham censerentur. Certè huc respecti Dominus in Evangelio: multi venient ob oriente et occidente, et recumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno caelorum; quod autem ibi sequitur: Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores, expositio est versù octavi, ut mox videbimus. Ad OCCIDENTE, macran, plaga illa est Hebræis quæ ad vesperam et solis occasum spectat, ubi dies cum nocte commiscetur; quæ sole oriente obscurior est et tardius illustratur; et hæc est nominis ratio. Est autem ad occidentem Palestina: bona Europæ pars; ad orientem verò India, ad quam Thomas pervenit; in quâ adhuc hodiè plurimi Christiani dicuntur *Christiani S. Thomæ*. Et usque ad hodiernum diem ab oriente adducit Dominus semen Abraham per nostros, qui dum aurum et aromata quaerunt, fidem illuc deferunt, quâ myriades Indorum singulis propè mensibus imbuuntur, ut recumbant cum Abraham in regno caelorum. Idem fides de novo orbe qui ad occidentem jacet, ubi etiam fides in immensum propagatur castellanorum diligentia ac virtute.**

**VERS. 6.** — *DICAM AQUILONI: DA. Dedit Aquilonaris plaga Abraham Germanos, Gothos, Livonios, Moscovitas, et ex Seythis non paucos. Dedit et Australis regio Ægyptios et Afros.*

**VERS. 7.** — *ET OMNEM QUI INVOCAT NOMEN MEUM. In Hebræo non est conjunctio, sed eam non malè Vul-*

*gatus supplavit; et vocari in nomine Dei invocare nomen Dei dixit activè: quod non rarò Hebræi faciunt, dum activa passivè et passiva verba activè accipiunt. Est ergo sensus Vulgatæ editionis: Non præcipio ut tantum Jaisæos secundum carnem, qui dispersi sunt, mihi adducas; nam quicumque invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, sive sit Judæus sive Græcus. In quem sensum adduxit Paulus: Quicumque invocaverit nomen Domini, salvus erit; neque aliud est quod ait Petrus Act. 10: In veritate comperi quia non est personarum acceptor Deus, sed in omni gente qui timet Deum et operatur justitiam, acceptus est illi. Atque in hunc modum accipitur apud Evangelistam: Qui crediderit et baptisatus fuerit, et illud: Ut omnis qui credit in eum, non pereat, et similes loci; id est, ex quicumque gente quis fuerit, non propter genus à salute alienus erit, modo credat, etc. Cæterum si, ut est in hebraismo, passivè accipias, et omnis vocatus in nomine (vel cum nomine) meo, id est, cui prædicatum est de me, vel quicumque audit prædicatione de me acquievit, ut sit ex vocatis Dei, ut loquitur D. Paulus. Nam sicut Hebræis peculiari phrasi vocare in nomine Domini est prædicare, profiteri publicè, celebrare nomen Domini; ita in voce passivè vocatus in nomine Domini erit, cui de Domino est annuntiatum et qui vocationi acquievit, et dum glorificaretur per prædicationem Dominus, creditit atque consensit. Et IN GLORIAM MEAM. Sic legendum est, id est, et omnem vocatum in gloriam meam, qui audit Evangelio gloriæ Dei assensum præbuit, et Deum glorificavit. Omnes, inquam, qui tales fuerint, unde orti sint aut genus ducant, ego creavi, formavi et feci eos, non mihius quam Hebræos. Numquid Judeorum Deus tantum? nonne et gentium? imò et gentium.*

**VERS. 8.** — *EDUC FORAS. Optimè sensum expressit: Egredi fere, ejice, extrude, populum qui cum oculis habeat, cæcus tamen est; et aures habens, surdus est. Quid aliud est hoc quam, Filii autem regni ejicientur in tenebras exteriores? id est, extremas, vel quæ omnia occupant quæ extra regnum Dei sunt. Nam in regno Dei lux est; extra autem quidquid est, tenebrosus est, imò verissimè tenebræ; et quidem merito. Nam si propterea, ut est in Evangelio, peccatum Judæorum manet, quòd, cum cæci essent, se tamen videre dicerent, h. e., et viderent, et cæci essent, ut superiori capite pluribus dictum est; ergo peccati servi erunt; ergo non mansuri erunt domi in æternum; ergo expellendi erunt, etc. Hic manifestè vides pro Judæis vocatos esse Græcos, quia non fuerunt digni, et vocati ad nuptias noluerunt venire; et diminutio eorum et excisio fuit divitiæ mundi. Quid expressit dici potuit? Quid hæres, Judææ? dubitas an in hoc versu de te sit sermo? Lege superior caput: Quis cæcus nisi servus meus, etc. Sed quis est cui injungitur ut ejiciatur à domo Judæos? Certè nullus; sed sic consuevit loqui Scriptura sicut supra: Excæca cor populi hujus, etc., id est, prædicæ excecandum; ita hic: Demittia ejiciendos, etc.*

**VERS. 9.** — *CONGREGATE SUNT, q. d.: Animo finge*

*congregari omnes gentes; ut non malè quidam per imperativum vertant; est tamen præteritum. Hic vides pertinere omnia hæc ad superior argumentum quod cap. 41 incepit, nempe, Jehova solum esse Deum, qui præterita fecerit sicut prædixerat, quique nova facturus sit, nempe ut veniat ex semine Abraham qui illuminet universum orbem, redimat de potestate tenebrarum; in cuius adventu major Judæorum pars intereat et à fide patrum diverget; quare loco ipsorum vocandas esse gentes et in semen Abraham deputandas. Hoc, inquit, mysterium quisnam unquam revelavit? Quis ex diis gentium hoc futurum prædixit, sicut nunc ego per prophetas meos prænunzio. ANNUNTIET. Vel annuntiabit, id est, annuntiare potuisset. Et QUÆ PRIME SUNT, vel priora; ut sit repetitio totius argumenti, quòd neque quæ processissent quisquam prius annuntiasset. Possimus et rischonoth ut adverbium accipere, sicut in formâ masculinâ, Gen. 35, et Num. 2, etc., id est, initio, principio; q. d.: Quis olim audire fecit, etc., quod ego nunc futurum prænunzio? etc. DENT TESTES EORUM. Afferant aliquos testes qui ea audiverint. Possimus et testes suos reddere. Et JUSTIFICENTUR, etc. Justo pronuntiarum possent idolorum cultores, quæ merito reprehendi posse viderentur, si quispiam ipsorum sui Dei afflatu de futuris procul à sensu hominum remotis posset quidquam pronuntiare. ET AUDIANT. Vau pro disjunctivâ particulâ hic accipio libenter, ut Exod. 21 et aliis non rarò; ut sit sensus: Dent testes, et justificentur, vel audiant, et dicit verum me dicere. Quare alii non malè pro aliquo accipiunt.*

**VERS. 10.** — *VOS TESTES MEI. Illi, inquit, testes adducere non possunt; a vos, Israelite, testes estis eorum quæ dico: ex vobis enim fuerunt prophetae, qui vobis prædixerunt, docti à me ea quæ jam experti estis; et SERVUS MEVS Isaïas, qui nunc de futuris per Messiam vaticinatur, testis fidelissimus erit, etc., quem elegi in hunc usum, ut, cum impleta videritis ejus vaticinia, sciatis, et credatis me solum esse verum Deum, etc., qui solus sum, à quo omnia, tam quæ præcesserunt quam presentia et futura, pendent, et in quo omnia consistunt. Dicit DOMINUS. Hic est in Hebræo illa asseveratio prophetis familiaris de quâ jam supra dictum est, quæ initio vel in fine ponitur in rebus arduis, et hic bis ponitur; quæ non meliùs reddi potest quam D. Paulus reddiderit: Fidelis sermo, vel, certus sermo, etc., et per perenthesim legi debet. QUIA EGO IPSE SUM. Hebr., quia ego ipse; sed pronomen in verbum substantivum verti debet, et allusio est ad verba illa Domini in Exodo: Qui est misit me ad vos: et ipsius nominis Jehova etymologia explicatur. Reddi namque potest, et intelligatis quòd ego sim ille qui est. Hæc est enim vis illius pronominis ho, ANTE ME NON EST FORMATUS, etc. Explicatio est ejus quod immediatè præcessit, quòd solus ipse sit. Et hoc ipsum his terque repetit, nimirum nomen suum, antiquitatem, perpetuitatem, potentiam, sapientiam bonitatemque suam amplificans.*

**VERS. 12.** — *NON FUIT IN VOBIS (id est, inter vos),*

*ALIENUS, vel EXTRANEUS, id est, Deus quispiam alius præter me, quem alii populi colunt. Atque in hoc consistit non minima pars argumentationis hujus, ut supra exposui: Abraham, Isaac et Jacob non alterum Deum nisi me Jehova colerunt; ego autem eos vocavi, deduxi, magnificavi; accepterunt regiones altorum gentium, quibus erant alii dii: eorum illi deos deridebant et comminabant; non ergo virtute alterius dei consecuti sunt ea quæ passerunt, etc.*

**VERS. 15.** — *AD INITIO. Hebr., initio, à die. Rara est hæc locutio Hebræis; sed video quòd præpositio min præpositio nominibus temporis interdum sit post. Gen. 16, à fine. Jud. 11, et 15, à diebus; et Exod. 12, etc., ut hic à die idem sit quòd post diem, post tempus, post finem temporis, cum jam desiderat dies; id est, in æternum; ut sine principio esse dicitur Deus et sine fine. Facit nonnulli ad hujus confirmationem particula nam, quæ additionem notat, insuper, quinimo, etc. QUI DE MANU MEA, etc. Fortè in his verbis occultè tam perpetuam felicitatem justorum quam æternam damnationem improborum notavit; quæ duo postquam desiderit hic mundus et cessaverint dies, manent. Et de electis quidem dicit Dominus in Evangelio, neminem excepturum oves de manu ipsius. Sententiam autem illam: Ite, maledicti, in ignem æternum, etc., irritam quis facere poterit? vel quis avertet illam? Certè oporteret hæc, quæ de se dicit Dominus, perpetuò mentibus nostris impressa manerent, ut et neminem fornicare et omnia inihi facere auderemus; sed perpetuò illi placere studeremus qui habet clavem vite et mortis, qui solus est Deus, solus sapiens, solus potens.*

**VERS. 14.** — *HÆC DICIT DOMINUS. Dixerat quòd etsi Israelite secundum carnem magnâ ex parte interirent, caderent et foras egerentur, tamen ex universo orbe suppleret eorum defectum: quare bono animo essent. Nunc multo majora se præstiturum pollicetur novo illi populo ex diversis gentibus, tam Judæis quam Græcis, coadunato, quam Israelitis secundum carnem olim præstitisset. Et primo loco reductionem ex Babylone commemorat, quæ tempore quo hæc dicebantur nondum contigerat; deinde educationem ex Ægypto; quæ duo præ novis quæ facturus est parvi facere jubet. EMISI, vel, misi. IN BABYLONEM. De exercitu Persarum accipe ista. Postquam enim imperium Chaldæorum ad Persas et Medos translatum est, patuit regressus captivis Judæis. Initium ergo hic tantum tangit, ex quo totum intelligamus. DETRAHI. Ad verb., descendere feci, vel dejeci; ex loco superiori Domini in ima detraxi. VECTES UNIVERSOS. Certum est nomen hoc in plurali pro Principibus figuratè accipi, propter fortitudinem, et quòd muniant populum, ut jam supra admonui. Potest et pro ipsis repagulis et munitio-nibus accipi; nam omnia dejecerunt Perse; ita accipitur Psal. 147, et Nah. 5, etc. Nam quòd pro profugis hic quidam accipiunt, non placet. CHALDÆOS IN NAVIBUS GLORIANTES. Non malè expressi sensum: ego hebraismum retinui, licet transposuerim relativum. Habet enim ad verbum: Chaldæos in navibus ovatio*



corum. Nam cum illæ Tigris et Euphrates fluant, navibus et tremibus abundabant. Postea in lacus et paludes et insulas innumerabiles redacta sunt loca illa usque ad Persicum sinum, sicut ex verbis certiorum hominum cognovi, ut jam non nisi parvis admodum navigiis possit mare illud navigari usque ad castrum, quod minuitissimum habent Turcæ, quod *Barocra* appellatur prope fluvium, ex quo oram India infestare conantur. Existimo autem tantam mutationem ex ausu illo et stratagemate Cyri initium accepisse, quando extra suum alveum annem fluere fecit qui Babylonem intersecabat, ut miles per alveum urbem tuto intraret. Ante cuius tempora tuta videbatur posse esse navigatio per flumen in sinum Persicum, atque inde per universam oram Indici maris, que nunc nostris notissima est.

VERS. 16. — QUI DEDIT. Participium est, *Dominus, qui dat*; ac de præteritis sic etiam consuevimus loqui, id est, potens est dare in mari viam, ut jam olim fecit. De transitu maris Rubri est sermo.

VERS. 17. — QUI EDUXIT QUADRIGAM, etc. De exercitu Pharaonis loquitur. Dicitur autem eos *eduxisse* sicut dicitur *induxisse cor eorum ut persequerentur filios Israel*. CONTRITI SUNT; *daac, exstingui* significat. *Vulgatus dixit contriti sunt*. Quia verò in aquis suffocati sunt, et anima est velut igniculus quidam in nobis, *extinctos Aegyptios quasi limum famigans* dixit, quòd non facilis limum accensum in aquis submersum extinguatur quàm illi fuerint extincti. Fortè etiam istis similitudinibus ad iram et ardorem quo accensi insequabantur Aegypti Hebræos respexit propheta.

VERS. 18. — NE MEMINERIS PRIORUM, q. d. : Hæc que commemoravi, que in vestri gratiam feci, magna quidem sunt; sed non est quòd ipsa amplius celebretis; majora ecce jamjam efficiam, et nova edam miracula quibus comparata antiqua hæc prorsus vilescant. Arrigant hoc loco Christiani aures, et attendant quòtò majora quam Israelitæ acceperint, ut tanquam beneficiarii dignas agant gratias, et Israel secundùm carnem hæc attendens erubescat.

VERS. 19. — NOVA, Hebr., in sing. *novum*. Et de illo præcipue mysterio est sermo quòd supra attigi, et nunc alià verborum figurà iterum aperit, nempe, gentibus aperiri gratiæ anam, ut pro populo Dei ceaseantur, remissis eorum peccatis; Quòd multò majus esse quàm ex Babylone aut Aegypto eripi, ut sequentes versus ostendunt, non nisi cæci negabunt. Nunc; *athas* est presentis aut jam instantis temporis; idèò per *jamjam* verbi. Nam etsi post multos annos futurum erat, conseverunt sic tamen prophete loqui, non solum ut insinuent mille annos in conspectu Domini esse velut diem hesternam que præterit, verùm etiam ut non usque adeò aperta sint divina oracula indignis, ea præsertim que stomachum pietatis affectum non habentibus poterant movere. Urgetque COGNOSCETIS. Interrogativa est oratio in Hebræo, que recognitionem affirmativam exigit, an non, *numquid non*, etc. Pro *cognoscetis* dixi *sentietis*. Nam verbum *ada sæpè* non tam est intellectus quàm sensus qui

fit tactu, aut alterius sensus, experientia. Notat ego omnibus manifestum futurum id quòd prænumtiaturus est. Sed quid illud est? PONAM IN DESERTO VIAM. Ne, quæso, mihi hoc loco ex rabbinis contra seriè verborum prophete nostri reditum ex Chaldaea ingeras: nam, ut vidisti, illud inter vetera beneficia computatur. Certè de gratià que et in gentes diffusa est intelligendus est locus hic, imò in universum de gratià que *exuberavit ubi superabundaverat peccatum*, ut quibusvis peccatoribus pateret via salutis. Omisit autem hoc loco *Vulgatus* interpres particulam *aph*, quam reddere interdum vix possumus. Et quantum ex ple-risque locis Scripturæ coniecere possum, non rarò est interjectio insultantis et quodammodò gloriantis, præsertim quando initio orationis ponitur. Atque ita accipiendi videtur in verbis serpentis ad Evam, *aph*: *Quare præcepit vobis Dominus, etc., q. d. : Numquid non satis manifestum est quàm non sit in vos benevolus Dominus? id quòd vel ex hoc manifestum est quòd vobis præcepit ne de omni ligno, etc., ut sit veluti insultantis, quasi alia colloquia præcessissent quibus serpens id persuadere conatus fuisset mulieri. Hoc quoque loco gloriantis esse videtur, *aph, ponam in deserto viam, etc.* In hoc enim conveniunt viri docti, quòd juxta significationem verbi *aphaph* particula hæc impetus animi significat, et sæpissimò per etiam, *quoque, etc.*, redditur ab interpretibus. Quòd si hoc loco sic reddere velis, non erit sensus omninò absurdus: *Ponam quoque in deserto viam*. Nam quòd Judæis adventura esset salus, planè omnibus constabat; at quòd gentes, et qui longè essent à Deo, sine testamento et promissionibus, participes illius gratiæ futuræ erant, paradoxum erat et vix credi poterat. Quando autem quis inexpectatus ingreditur, solet sic loqui: *Ego quoque hæc tenio, etc.* Quemadmodum et in Actis Apostolorum loquuntur qui erant ex circumcissione: *Hi enim vidissent Spiritus sancti donum Cornelio et domesticis ejus concedi, dixerunt obstupefacti: Quia et in nationes gratia Spiritus sancti effusa est*. Ergo interjectio est, que variè reddi debet juxta orationis exigentiam.*

VERS. 20. — GLORIFICABIT ME BESTIA. Ita vocat gentes barbaras que ignorabant Deum, que longè agebant à populo Dei; nihil à brutis seu feris, nihil à draconibus et immitibus animalibus et (quæ nullo affectu pietatis erga prolem afflicuntur) struthionibus differant. Si de veteribus beneficiis esset sermo, certè de ipsis feris intelligerem verba hæc, que cum ex aquis quas Dominus in deserto creaverat in gratiam Israelitarum illæ in terram promissam transseuntium potissent, videbantur præ lætitià Deum laudare. Verùm per allusionem ad historiam illam hæc intellige, nempe quòd eum gentes poterantur et irrigarentur doctrinà et aquis illis que primò Judæis date sunt (ipsorum enim erant et promissiones, et legislatio, etc., ut est apud Paulum) super hæc misericordià glorificarent Deum, ut idem Paulus interpretatur versum Psalmi. Nam ingressi sumus ex trivis ad nuptias quas Judæi repudiarent, et *vinguedinis olivæ participes fa-*

ci sumus, et in regnum Dei successimus quod illi contempserunt. Sicut enim fera hiberunt ex aquis quas produxit Dominus populo suo, ita gentes receperunt Christum, qui venerat ad oves perditas domus Israel, et gratiam regni que ab ipsis prodiit. *Salus enim ex Judæis est.*

VERS. 21. — POPULUM ISTUM FORMAVI, etc. Præoccupatio est. Nam tacite objectioni respondet, quorsum hæc adventus isti cæci et claudi, debiles et ignobiles? Quis est hic idololatrarum concursus? Quid sibi vult hæc ferarum congregatio? Respondet Dominus: *Populum istum formavi, qui recitet laudes meas et misericordiam meam prædicet*. Judæi enim sibi gratiam hæc quasi debitam putant; et quidem qui ex eis crediderunt, justitiam et veritatem meam annuntiant, qui quod patribus promiseram adimpleverunt; at, que mea est bonitas, volo quoque ut populo meo aggregentur illi quibus antea nihil fuerat annuntiatum; qui bonitatem meam tantò juentiùs magnificabant quantò à meà magnificentià longius se antea positos intelligunt. Sumus enim in laudem gloria gratiæ suæ, inquit Paulus.

VERS. 22. — NON ME INVOCASTI, JACOB. Obscurus locus est, et quò hæc pertinet non usque adeò manifestum est. Omissis ergo que alii hic afferunt, tribus modis accipi hæc posse existimo: 1º ut sit altera occupatio, possit enim Israel secundùm carnem obijcere, si non alià ratione gentes vocas quàm ut laudes tuas enarrent; ego quid aliud ago? non psalmos, non hymnos decanto? quid mea sacrificia et victimæ sunt, etc. Respondet Dominus: *Non me invocasti, Jacob*. Invocations illæ tuæ et cantica carminum tuorum perinde sunt ac si non essent. Cùm enim illa offeras non eo quo oportet animo neque eà quæ decet fide (his enim putas consistere justitiam, etiamsi multis sceleribus sis contaminatus), scias quòd neque me laudas, neque mihi peccades occidis, neque in militia illà templi mihi militas, neque quidquam molestiæ propter me sustinere diceris; quinimò mihi molestiam istis affers, et laboro sustinens, etc., ut primo capite dixerat Dominus. 2º Hic subesse potest sensus: *Novum quid jamjam facturus sum, nempe ut gentes me glorificent, et ex ipsis fiat novus populus Israel, qui laudes meas annuntiet*. Nollem autem existimes, Israel, hæc me gratiam exhibuisse tuis meritis; nam non ex operibus justitiæ que feceris tu, hæc feci. Nec enim me invocasti, Jacob, etc., id est, non tanti fuerunt hæc ut propter illa Salvatorem miserim, peccata abstulerim, novum populum formarem, etc. Tua ista obsequia iram potius meam quàm beneficentiam provocabant. Propter me ipsum misi Filium meum, qui vos gratis justificet, etc. 3º Ut lo interrogative accipiatur, et responsonem exigat affirmativam; quod supra annotavi Hebræis interdum in usu esse. *Non me invocasti, Jacob? aut non laborasti in me, etc.; q. d. : Non alios vocavi qui me laudarent quasi tu non me laudares. Certè me invocabas, in me laborabas, me victimis honorabas, etc., sed manus vestræ sanguine plenæ sunt, et servire me fecistis in peccatis, etc.* Quare fidem amplectere. Ego,

ego enim sum, etc. NEQUE LABORASTI IN ME, id est Nihil molestias propter me sustinisti.

VERS. 23. — NON TE SERVIRE FECI. Nec tu id præstitisti, neque id ego te exegi. Quid enim potissimum à te quaesierim Moses non semel tibi significavi, nempe ut me diligeres, me timeres, mandatis meis obedires, etc. Sacrificia autem tanquam signa mentis fidelis et amantis exigebam, non quòd illis tantum constaret justitia. NEQUE LABOREM TIBI PRÆBUI IN TURBE. Hinc habes quid sibi volebat versu superiore, *non laborasti in me*. De cultu enim et ministerio seu militia templi loquebatur.

VERS. 24. — CALAMUM, caneb, nomen Hebræum, à quo nostrum *canna*, significat tam aromaticam quàm non aromaticam arundinem. Et hic de aromaticis est sermo, quam Jer. 17, videbis cum *thure* etiam conjungi. Ezech. autem 26, cum *casid*; ne quis putet casiam esse, que etiam arundo quedam est, et Exod. 30, dicitur *canna aromatis*. Fortè est quod nos *camellam* appellamus, quæ dicitur in Jeremià *adacui de terrâ longinquâ*. Nam ex insulâ que nunc dicitur *Ceylam*, à faucibus maris Rubri mille et sexcentis miliaribus distat, hæc aroma deferitur. Nam quòd quidam *camellam* cinnamomum esse volunt, non probo, Cant. 4, ut duo numerantur, *canna* et *cinnamomum*. Est autem *cinnamomum* nomen Hebræum, *kinamom*, et suffitui deservit, ut apparee ex Prov. 7: *Suffitui cubile meum myrrinâ, aloë et cinnamomo*; et in Ecclesiastico: *Sicut cinnamomum et balsamum dedi, suavitatem odoris, etc.* Adde quòd ad compositionem olei quo ungi debebat tabernaculum et arca accipiebatur ducenti *quingenta sici caneb, canna*, et totidem *cinnamomi*. Vide Exod. 30. Mihi certè verisimile fit per *cannam* hic intelligere prophetam, tanquam per partem, totam illam olei compositionem. VERUNTAMEN SERVIRE ME FECISTI, etc., ac potest esse vel affirmativa vel adverbativa particula. Quo pacto autem conjungi debeat superioribus quod hic dicitur, vide supra v. 22. Sed quid est *facere Deum in peccatis servire*? Arbitror sic loqui prophetam ut justitiam Judaicam omninò damnet. *Non, inquit, feci te servire aut laborare in turbe; sed potius tu me servire fecisti in peccatis tuis*. Mihi omninò displicebat cultus ille tuus, neque talem à te mihi cultum exhibere unquam optavi. Fidem et pietatem exigebam dum sacrificia et cultum illum instituebam; hæc cum mihi denegares, nihil emolumentum ex tuo illo obsequio ac me redibat. At quòd ego dum tu me sic coleres tacebam, quòd tuos sacerdotes pro sacerdotibus haberi et in honore esse permittebam, quòd ab ore eorum primitiis et oblationes non auferbam, quòd quos illi expiabant pro expiatis haberi sinebam, quòd eos ab altari meo non repellebam, illis erit gratissimum: Ergo vos me potius servire fecistis in peccatis vestris, hostiis illis vestris et sacrificiis et universo cultu, quàm ego vos. Ego vestro questui, honori ac voluptatibus serviebam; vos legem meam transgrediamini, fidei et misericordiæ ac justitiæ, que gravissima sunt in Lege et oculis meis gratissima, prorsus oblitii. Videant hæc Christiani; legant et attendant



ministri Domini, et apud se cogitent an ipsos Deus an Deum ipsi servire faciant, et quis cui laborem ac molestiam præbeat. Hinc facit bona pars capitis primi hujus prophetae; præsertim verò facient verba illa, *laboravi sustinens, vel fatigatus sum ferendo, etc.*

VERS. 25. — EGO, EGO SUM, etc. Juxta triplicem illum modum exponendi superiora ita hæc connectere oportet. Primò: *Si nihil agis, si me non invocas, si me non cois quinimò in me peccas, etc., superest ut ad me convertaris, amplectaris, etc., ut tuorum scelerum remissionem obtineas. Ego enim sum qui deleo iniquitates, etc.* Secundo: *Si cultus tuus et sacrificia tua plus sceleris habent quàm pietatis, superest ut aliunde remissionem quæras quàm ex justificationibus illis tuis, et me amplectaris qui propter meipsum deleo, etc.* Tertius modus cum priori coincidit. PROPTER ME. Superbiam Israelitarum et presumptionem eorum retulit, qui ex lege arbitrabantur se justificari et ex genere à Patribus: quorum utrumque ut inane justificationis originem abiecit. *Ego, ego, inquam; neque propter justitiam tuam, neque propter patres tuos, deleo iniquitates tuas, id est, deleam. Ad id venio: id volo et in vobis habeo, efficiamque quantum ex me est. Illa verò geminatio, Ego, ego, etc. est gloriantis et sibi nimium complacentis. In amorem tam benigni Patris non rapiemur?*

VERS. 26. — REDEU ME IN MEMORIAM, id est, *Faci mihi in mentem veniat. Sic sonant Hebræa, q. d.: Si verò res non sic se habet, imò habere te putas unde debeam merito tibi ignoscere, fac ut id mihi in mentem veniat; nihil enim tale memini; fac me recordari.* Estque tacta in his verbis irrisio. Quid enim Deum fugiat? JUDICEMUR SIMUL. Videamusque sime tuis meritis adscribenda justificatio seu remissio peccatorum tuorum, an misericordie et bonitati mee. RECTA. Profer, enumera, si qua sunt ob que tibi isthæc gratia debeatur. UT JUSTIFICERIS; id est, ut tibi debeat remissio peccatorum; vel potius, ut justificeris, id est, superior in hæc causâ evadas, et pro te ferat sententia, dicaturque ex merito justitiæ tibi debitam fuisse remissionem peccatorum, et non ex gratiâ. Hæc loquendi forma, hæc insultatio, hæc irrisio, hæc confidentia nihil aliud insinuant quàm contemptissimum esse, gratiam et remissionem peccatorum misericordie.

## CAPUT XLIV.

1. Et nunc audi, Jacob serve meus, et Israel, quem elegi.
2. Hæc dicit Dominus faciens et formans te, ab utero auxiliator tuus: Noli timere, serve meus Jacob, et rectissime, quem elegi.
3. Effundam enim aquas super sidentem, et fluenta super aridam; effundam Spiritum meum super serænem tuam, et benedictionem meam super stirpem tuam.
4. Et germinabunt inter herbas, quasi salices juxta præterfluentes aquas.
5. Iste dicit: Dominus ego sum; et ille vocabit in nomine Jacob; et hic scribet manu sua: Domino; et in nomine Israel assimilabitur.
6. Hæc dicit Dominus rex Israel, et redemptor

diei Dei debere adscribi, et insanos esse qui aliud crederent; quales nos esse Lutherani mentuntur.

VERS. 27. — PATER TUUS PRIMUS, etc. Quod si de justitiâ tuâ diffidit, et id me patribus tuis debere affirmas, tuus primus pater, nempe Therah pater Abraham et pater Nabor, peccavit, idola coluit, et alii fuerunt omnes obnoxii delictis. Nam Josue capite ultimo dicit Israelitis: *Trans fluvium habitaverunt patres vestri, Thare pater Abraham et pater Nabor, et ibi servierunt diis alienis. ET INTERPRETES TUL. De Mose et Aaron est sermo, qui irritaverunt Deum ad aquas contradictionis. Hos interpretes vocat, quia interpretabantur Israeli divinam voluntatem. Nomen autem melius tam in bonam quàm in malam partem accipitur, nempe significans tam eum qui sinistrè interpretatur alterius dicta vel facta, et illusor est seu cavillator, quàm qui rectè, etc.*

VERS. 28. — CONTAMINAVI PRINCIPES SANCTOS, seu sanctitatis: id est, ut contaminatos et profanos duxi tuos illos principes quorum erit examina sanctitas, et tanquàm immundos eos castigavi; noluitque ut terram promissam pedibus suis contingerent. Insuper et cæteros omnes patres tuos, quod in me prævaricati fuissent, dedi in anathema, ut omnino delerentur sicut civitates quæ excommunicantur à Deo; fueruntque opprobrio universis. Nemo enim erit qui non eos damnet, quemque non meritò puderet ab eis quem ducere, qui tam ingrati in Deum suum fuissent, qui toties ab ejus fide recessissent, qui ob levissimas causas tam frequenter de Deo obmurmurissent, ut ex tantâ illâ multitudine soli duo reperti sint digni qui hæredes essent promissionum divinarum. Quo pacto ergo eorum tibi justitia proderit, qui ob scelera sua damnati sunt? Non est ergo quod de justitiâ patrum glorietur Israel, sed neque de justitiâ suâ, ut jam dixi: Ergo non mirum si populum novum creare voluerim, qui laudes meas decantet, qui misericordiam meam celebret, qui, cum in sese non habeat nisi unde erubescat, me amplectatur, adhaereatque veris Israelitis, atque ex utrisque fiat unum ovile, etc. Hic habes causas et reprobatiónis Israelitarum et vocationis gentium, ut perpetuò consideremus cum Paulo et bonitatem et severitatem Dei, etc.

## CHAPITRE XLIV.

1. Maintenant donc, écoutez-moi, Jacob mon serviteur; et vous, Israël, que j'ai choisi.
2. Voici ce que dit le Seigneur, qui vous a créé, qui vous a formé, et qui vous a soutenus dès le sein de votre mère: Ne craignez point, ô Jacob, mon serviteur, et vous qui marchez dans la droiture du cœur, et que j'ai choisi.
3. Car je répandrai les eaux sur les champs altérés, et je ferai couler les fleuves sur la terre sèche; je répandrai mon esprit sur votre postérité, et ma bénédiction sur votre race;
4. Et ils germeront parmi les herbages comme les saules plantés sur les eaux courantes.
5. L'un dira: Je suis au Seigneur; l'autre se glorifiera du nom de Jacob; un autre écrira de sa main: Je suis au Seigneur; et il fera gloire de porter le nom d'Israël.
6. Voici ce que dit le Seigneur, le roi d'Israël, et son rédempteur, le Seigneur des armées: Je suis le

ejus Dominus exercituum: Ego primus, et ego novissimus, et absque me non est Deus.

7. Quis similis me? vocet, et annuntiet, et ordinem exponat mihi, ex quo constitui populum antiquum: ventura et que futura sunt, annuntiet eis.

8. Nolite timere, neque conturbemini; ex tunc audire te feci et annuntiavi: vos estis testes mei: numquid est Deus absque me, et formator quem ego non noverim?

9. Plaste idoli omnes nihil sunt, et amatissima eorum non proderunt eis; ipsi sunt testes eorum, quia non vident, neque intelligunt, ut confundantur.

10. Qui formavit Deum, et sculptile conflatit ad nihil utile?

11. Ecce omnes participes ejus confundentur; fabri enim sunt ex hominibus: convenient omnes, stabunt et pavebunt, et confundentur simul.

12. Faber ferrarius lima operatus est, in prunis et in malleis formavit illum, et operatus est in brachio fortitudinis sue; esuriet et deficit, non bibet aquam; et lassescet.

13. Artifex lignarius extendit normam, formavit illum in runcinâ: fecit illum in angularibus, et in circulo tornavit illum: et fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo.

14. Succedit cedros, tulit ilicem, et quercum que steterat inter ligna saltus: plantavit pinum, quam pluvia nutritiv.

15. Et facta est hominibus in focum; sumpsit ex eis, et calefactus est; et succedit, et coxit panes; de reliquo autem operatus est deum; et adoravit; fecit sculptile, et curvatus est ante illum.

16. Medium ejus combussit igni, et de medio ejus carnes comedit; coxit pulmentum, et saturatus est; et calefactus est, et dixit: Vah! calefactus sum, vidi focum.

17. Reliquum autem ejus deum fecit, et sculptile sibi: curvatur ante illum, et adoratur illum, et obsecrat, dicens: Libera me, quia deus meus es tu.

18. Nescierunt, neque intellexerunt: oblit enim sunt ne videant oculi eorum et ne intelligant corde suo.

19. Non recogitant in mente suâ, neque cognoscunt neque sentiunt, ut dicunt: Medietatem ejus combussit igni, et coxi super carbones ejus panes: coxi carnes, et comedi, et de reliquo ejus idolum faciam; ante truncum ligni procidam.

20. Pars ejus cinis est: cor insipientis adoravit illum, et non liberabit animam suam, neque dicit: Fortè mendacium est in dextera meâ.

21. Memento horum, Jacob, et Israel, quoniam servus meus es tu; formavi te; servus meus es tu, Israël; ne obliviscaris mei.

22. Delevi ut nubem iniquitates tuas, et quasi nebulam peccata tua: revertere ad me, quoniam redemi te.

23. Laudate, celi, quoniam misericordiam fecit Dominus: jubilate, extrema terræ: resonate, montes, laudationem, saltus et omne lignum ejus: quoniam redemit Dominus Jacob, et Israel gloriabitur.

premier, et je suis le dernier, et il n'y a point d'autre Dieu que moi.

7. Qui est semblable à moi? qu'il élève la voix, qu'il se déclare, et qu'il m'expose par ordre tout ce qui est arrivé depuis que j'ai établi l'ancien peuple; qu'il leur prédise les choses futures, et ce qui doit arriver dans la suite des siècles.

8. Ne craignez donc point, ne vous épouvantez point. Je vous ai fait savoir, et dès le commencement je vous ai annoncé ces choses. Vous m'êtes témoins de ce que je dis. Ya-t-il quelque autre Dieu que moi, et un créateur que je ne connaisse pas.

9. Tous ces artisans d'idoles ne sont rien; leurs ouvrages les plus estimés ne leur serviroient de rien. Ils sont eux-mêmes témoins, à leur confusion, que leurs idoles ne voient point, et ne comprennent rien.

10. Qui a pu imaginer de fabriquer un dieu, et de jeter en fonte une statue inutile à tout.

11. Tous ceux qui ont part à cet ouvrage seront confondus; car tous ces artisans ne sont que des hommes: qu'ils s'assemblent tous, qu'ils se présentent, ils seront tous saisis de crainte, et couverts de confusion.

12. Le forgeron travaille avec sa lime, il met le fer dans le feu, et le bat avec le marteau; il y emploie toute la force de son bras; il souffrira la faim jusqu'à être dans la langueur; il endurera la soif jusqu'à tomber dans la déshydratation.

13. Le sculpteur en bois étend sa règle, il façonne la statue avec le rabot, il la dresse à l'équerre; il lui donne ses traits et ses proportions avec le compas, et il en fait enfin l'image d'un homme qu'il rend le plus beau qu'il peut, et il le loge dans une niche.

14. Il va abattre des cèdres; il prend un orme, ou un chêne, qui avait été long-temps parmi les arbres d'une forêt, ou un pin qu'il avait planté, et que la pluie avait fait croître.

15. Cet arbre doit servir à l'homme pour brûler, il en a pris lui-même pour cuire sa viande, pour se chauffer; il en a mis au feu pour cuire son pain, et il prend le reste; il en fait un dieu et l'adore, il en fait une image devant laquelle il se prosterner.

16. Il a mis au feu la moitié de ce bois; de l'autre moitié, il en a pris pour faire bouillir son pot dont il s'est rassasié; il s'est échauffé, et il a dit: Bon! j'ai bien chaud, j'ai fait bon feu.

17. Et du reste de ce même bois, il s'en fait un dieu et une idole, devant laquelle il se prosterner, qu'il adore et qu'il prie en lui disant: Délivrez-moi, car vous êtes mon dieu.

18. Ils ne connaissent rien, et ils ne comprennent rien; leurs yeux sont tellement obscurcis, qu'ils ne voient point, et que leur cœur n'entend point.

19. Ils ne rentrent point en eux-mêmes; ils ne font point de réflexion, et il ne leur vient pas la moindre pensée de dire: J'ai fait du feu de la moitié de ce bois, j'en ai fait cuire des pains sur les charbons, j'y ai fait cuire la chair que j'ai mangée, et du reste j'en ferai une idole; je me prosternerai devant un tronç d'arbre.

20. Une partie de ce bois est déjà réduite en cendres; et cependant son cœur insensé adore l'autre; et il ne pense point à tirer son âme de son égarement, en disant: Mais peut-être que cet ouvrage de mes mains n'est qu'une illusion.

21. Souvenez-vous de ceci, Jacob et Israël, parce que vous êtes mon serviteur, c'est moi qui vous ai créés; Israël, vous êtes mon serviteur; ne m'oubliez pas.

22. J'ai dissipé vos iniquités comme une nuée, et vos péchés comme un brouillard; revenez à moi, parce que je vous ai rachetés.

23. Cieux, louez le Seigneur, parce qu'il a signalé sa miséricorde; extrémités de la terre, soyez dans un tressaillement de joie; montagnes, forêts, avec tous vos arbres, faites retentir les louanges du Seigneur, parce que le Seigneur a racheté Jacob, et qu'il a établi sa gloire dans Israël.



24. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, et formator tuus ex utero : Ego sum Dominus, faciens omnia : extendens cælos solus : stabiliens terram, et nullus mecum.

23. Irrita faciens signa divinatorum, et ariolos in furorem vertens; convertens sapientes retrorsum, et scientiam eorum stultam faciens.

26. Suscitans verbum servi sui, et consilium nuntiorum suorum compens : qui dico Jerusalem : Habitaberis; et civitatibus Juda : Edificabimini, et deserta ejus suscitabo.

27. Qui dico proferat : Desolare, et flumina tua arefaciam.

28. Qui dico Cyro : Pastor meus es, et omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem : Edificaberis; et templo : Fundaberis.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET NUNC. Veros Israelitas iterum consolatur, ostendens eis cis que inter eos per Christum facturus sit se solum verum Deum esse, ut nullius alterius rationem habeant. Ex beneficiis etiam jam olim acceptis fiduciam spemque confirmat, ne se omnino delendos putent, sed multiplicationem expectent, videlicet per gentium conversionem. Actus Jacobi. Ita alloquimur fontes, et querimonias eorum interrumpimus, dum filios aut amicos consolamur.

VERS. 2. — AB UTERO AUXILIATOR TUUS. Ab verb. *Ab utero auxiliabitur tibi*. Quam formam rectè Vulgatus vertit, id est, qui tibi auxilio semper fuit. *Ab utero enim usurpant passim Hebræi sicut Latini ab incantabilis*. Quando enim non expertus est Israel hominem Dei erga se, ab eo tempore quo cepit peregrinari in terrâ Chanaan et in Ægypto? Hæc præmittit ne animum despondeant, imò credant quod non abjecturus sit Dominus populum suum, cujus *dona sunt sine penitentia*. RECTISSIME. Variant omnino interpretes Hebræi, Græci et Latini in voce Hebræâ *ioschuran*. Volunt tamen plerique ex Hebræis ut sit à verbo *iaschar*, *rectum fuit*, significetque Israelæm à *rectitudine*. Hos secutus Vulgatus *rectissimum* vertit Deut. 33, sicut etiam hoc loco; in quibus locis Chaldaicus Israelæm ponit; at Deut. 32, *dilectum* vertit Vulgatus: *Incrassatus est dilectus*, nimirum secutus Græcos, qui *ἡγαπᾶσθαι* verterunt. Neque dubium quin Israelæm significet; at rationem nominis invenire non ita facile fuerit. Ego certè, cum videam *schur taurum* significare, consentientibus ipsis quoque Hebræis, puto *ioschuran* parum sigificatione differre, esseque velut denominativum ab eo, ac primæva significatione notare *taurum ducem*, qui in armento præcedit veluti dux. Unde sumpta metaphorâ nos Lusitani primogenitum et qui majorem partem hereditatis accipit *Morgado* appellamus, id est, qui major est, seu qui ceteros fratres veluti dux præcedit. Est enim pater in domo veluti pastor; primogenitus autem, veluti dux gregis. Cum igitur Dominus Israelæm suam primogenitum appellet, hoc nomine meritò appellatur, quòd in hæc magnâ Dei domo inter ceteros populos primum sibi locum vindicaret. A *præcedendo*

24. Voici ce que dit le Seigneur qui vous a rachetés, et qui vous a formé dans le sein de votre mère : Je suis le Seigneur qui fais toutes choses; c'est moi seul qui ai étendu les cieux, et personne ne m'a aidé quand j'ai affermi la terre.

23. C'est moi qui fais voir la fausseté des prodiges de la magie; qui rends insensés ceux qui se mêlent de deviner; qui renverse l'esprit des sages, et qui convains de folie leur science.

26. C'est moi qui rends stables les paroles de mon serviteur, et qui accompis les oracles de mes prophètes; qui dis à Jérusalem : Vous serez encore habitée; et aux villes de Juda : Vous serez rebâties, et j'en recueillerai les déserts;

27. Qui dis à l'abime : Epouse-toi; je mettrai tes eaux à sec;

28. Qui dis à Cyrus : Vous êtes le pasteur de mon troupeau; et vous accomplirez ma volonté en toutes choses; qui dis à Jérusalem : Vous serez rebâtie; et au temple : Vous serez fondé de nouveau.

itaque hoc nomen dicitur. Quòd autem hæc sit nominis significatio, confirmant cognata dictiones, et locus ille Deut. 32 : *Incrassatus est Jessuran, et recalcitra vit impinguatus et adipe obductus*, etc. Ubi Israel inducitur veluti Taurus, etc. Hinc quoque Deut. 33, Joseph comparatur *tauro pulcherrimo*, et familie et cognationes Israel dicuntur *alephe*. Mèa itaque sententiâ neque *schur bovem* simpliciter significat, sed *præcipuum bovem seu taurum, à præcedendo*; similiter et *ioschuran eum qui præceminet, præcedit, et veluti dux armento præest, ceteris major*. Quoniam autem primogeniti solent esse magis dilecti, non mirum si animadvertentes Græci ex contextu esse nomen dignitatis ac favoris, *dilectum* verterint etiam hoc loco.

VERS. 3. — EFFUNDAM, etc. Quod in priori parte versùs obscuris sub nominibus *aquarum* et *scaturiginum*, *sistentis* et *ariditatis* dixerat, in posteriori nonnihil apertius effert nominibus *Spiritibus* et *benefectionis, seminis* et *progerminationum*. Promissione itaque *Spiritibus sancti largiter effundendis* super Israelitas solatur ipso Deus. Ex illâ namque effusione divites facti discipuli Domini repleverunt orbem divino semine, et innumerabiles fratres eorum adduxerunt in sinum Abrahæ. Non enim qui secundum carnem nati sunt censentur in semine, sed qui ex promissione. Ubi animadvertente Spiritum sanctum, ejusque dona *aquis* et *fluentibus* comparari, ut sæpè aliàs in Scripturis; collationem autem donorum, *effusioni*; nimirum ut copiam et abundantiam seu, ut Paulus loquitur, *divitias bonitatis* Dei illis collatas intelligamus. Et quidem si nesciremus Spiritus sancti virtutem esse infinitam, ex hujusmodi locutionibus illam exhaustam fuisse posset quispiam suspicari; id enim sonant *effusiones*, præsertim *aquarum*; nullus enim alterius rei largioris sunt; nam sine invidiâ et sensu ullo doloris aut commiserationis fieri solent. Unde ut omnino virtutem suam prostratam, sequè omnibus modis miserum et omni aliorum commiseratione destitutum significaret David, dicebat : *Sicut aqua effusus sum*. Ergò effusam abundè in discipulos Domini divinam gratiam hæc notant. Hic quoque animadvertite, populum Israelæm eo potissimum tempore quo scelera et impietatis præ-

valerant, et omnia infidelitas devastasse videbatur, *terra sitiens et areni comparari*, quæ horrida est, nihilque fructus aut viriditatis habet. Similes etiam sunt omnes qui in Deum sunt impij. Sed quid si adveniat Spiritus de excelso?

VERS. 4. — ET GERMINABUNT, etc. Quod aquæ *herbis* et arboribus, præsertim *salsicibus*, quæ aquis gaudent et brevi tempore ramos oblongos emittunt, conferunt, hoc Spiritus sanctus contulit discipulis Domini. Quare ceteris omnibus Judæis eminentioris effecti, imò omnibus qui eos processerunt, non minus quam arbores *herbis* et *feno*, toti mundo vigorem suum et gratiam impertierunt.

VERS. 5. — ISTE DICET, etc. De conversione gentium est sermo, quæ in Israelæm transierunt. Iste sunt *progerminationes* Apostolorum; videlicet ut isti dicant se *ad Jehovæ pertinere*, neque alium Deum vel colere quem colunt Israelitæ; illi se *Israelitas* et ex *Jacob* prognatos esse profiteantur, nempe religione ac fide, sequè esse filios patriarcharum et sanctorum patrum, quorum fidem sectantur, etc. VOCABIT IN NOMINE JACOB, *ihera* cum punctorum notis passivis legendum puto, *vocabitur cum nomine* (vel in nomine) *Jacob*, vel *vocabit in nomine Jacob*, id est, prædicabit, ut supra 41. SCRIBET MANU SÆA DOMINO; id est, scripto profitebitur se ad Jehovæ pertinere; repetendum enim videbitur pronomen quod præcessit *an* : *Ipsi Jehovæ ego*; hoc scilicet scribet; quasi sit allusio ad consuetudinem militum, qui profiteantur, summeque nomen apponunt, et jurejurando se suamque fidem et operam imperatori seu duci adficiunt. Quam consuetudinem olim servasse Ecclesiam legitimam, dicebanturque qui baptismam sacram suscipiebant, *nomen dare Christo*, in cujus militiam transibant. ASSIMILABIT; *canah, cognominabit, denominabit*; passivè accipiendum puto. Vide cap. 43, 4. Vel reddendum *cognominabit* se. Vides Israelis totam consolationem hæc unâ promissione circum scribi quòd multi hinc et inde ad Israelæm convenient, et ad Deum pertinebunt? Vides nihil aliud hic promitti quàm Spiritus S. dona, quibus donati nonnulli Israelitæ vastationem Israelis instaurant et satis dignè compensent? Nullus hic tumultus bellicus, nullæ sanguinolente victorie audiuntur; *germinationes* tantum veluti arborum, *effusiones Spiritus* veluti *aquarum* legis. Desinant ceci Judæi seipsos decipere; et redemptione spiritali contenti sint, quâ uno felices sunt homines; quo uno alios Deos prædicat se antecedere in sequentibus. Cujus solius fecilitatis inæ supra illa bonitas participem faciat.

VERS. 6. — Cùm totam consolationem populi Israelis effusione Spiritus sancti circumscripsisset, quâ, si veritatem attendas, nihil optabilius mortalibus posset accidere; si verò vulgi opinionem, non multum se felices fore arbitrari possent; necessarium fuit et promissionem amplificare eam ex parte promittentis tum maxime ex ipsius rei naturâ. Et primò quidem ostendit hanc esse Dei veri promissionem à quo expectabant redemptionem; ergò, cum Deus sit verax,

hoc redemptionis genere sibi esse satisfactum, et fidem suam Deum liberasse. Deinde vers. 22, rem ipsam dilucidius aperit, et redemptione à peccatis contentos esse debere proclamat. REX ISRAEL. Messias ille quem venturum expectatis, in cujus regno vos beatos fore prædicatis, is, inquam, qui novit quale futurum sit suum regnum ipsis. REDEMPTOR EJUS. Qui tanquam frater aut propinquus alienatos vos à Deo vendicabit sibi, et in libertatem vos reducet. Ille ipse judex, redemptor et assertor libertatis vestræ, cognatus vester, Deus, homo ex semine David, is, inquam, hujusmodi consolationem in tantâ hæc rerum vestrarum deploratione, non aliam, vobis promittit. DOMINUS EXECRITUM. *Jehovæ tebaeth*, id est, qui natura Deus est in cælo, et in terrâ potentissimus. Ne videlicet putetis idcirco hujusmodi vobis consolationem, libertatem et felicitatem promitti quòd alterius generis consolationem, libertatem seu felicitatem dare non posset. EGO PRIMUS, etc., id est, qui sum, qui semper fui, et ero; idem qui ab æterno et in æternum ero; cujus sunt illæ magnificæ promissiones factæ patribus, qui in novissimis diebus eas adimplebo; ille ergo in vos bonus, ille qui omnia potest, ille qui *fidelis est et seipsum negare non potest*, bono animo vos esse jubet in hæc tantâ calamitate, vel hæc unâ re, quòd Spiritum suum super nonnullos ex vobis impertiet abundè diffusum per Jesum Christum salvatorem. Quòd si felicitatem hanc præter dignitatem Dei esse putatis, neque dignam esse hanc redemptionem quæ tot retrò seculis amplissimis nominibus decantaretur à prophetis, optaretur à patribus, et à Deo expectaretur, eia agite.

VERS. 7. — QUIS SIMILIS MEI? Hæc ita accipi possunt ut jam dixi. Possimus quoque aliter interpretari, nempe, quòd cum magnificam *effusionem Spiritus sancti* promisisset, veluti Deus per prophetam in considerationem tantæ beneficentiæ Israelæm revocaret, ut Deum admirarentur ex tam divino munere; et illud: *Sic dixit Dominus*, referatur ad hunc versum 7, q. d. : *Postquam ita futurum est ut Spiritus effundatur super semen vestrum, etc., quis jam similis mei dicit quærit?* ut sint gloriantis verba, sicut infra, cum v. 22, remissionem peccatorum promisisset, mox versus seq. cælos ad laudandum Deum provocat, etc. Hinc habes, quantum opus sit à Deo peccata hominibus remitti, et quàm Deo dignum, et vel ex hoc divinitas possit agnosci. VOCET. *Tamen cara verbo vocandi reddi debeat*, interdum quam commodis aliis verbis redditur, ut *predicandi seu clarâ voce promittendi*: *Pronuntiet*, inquit, *quispiam et annuntiet illud*, id est, hoc ipsum, nempe *an sit aliquis mei similis*. Vulgatus relativum omisit, ut manifestior esset oratio. Et ORDINE EXPONIT MIHI. *Et verbo aræ supra cap. 40, dictum est; estque ordine collocare se disponere, quod quando fit ut res inter sese conferantur, verbo æquandi reddi potest; collocatis enim rebus, et iuxta se vel è regione congruè dispositis, oritur collatio, fitque comparatio*. Quare hoc loco, etiam cum Vulgato reddere possem, ut tamen hunc alterum sen-



sum demonstrarem, verbo *exquandi*, id est, comparandi, reddidi: *Indicet*, inquit, *an aliqua sit res mei similis conferat cum mihi*. Ex quo CONSTITUIT POPULUM. Pronomen *mihi* redundat in nonnullis cod. Latinis. Hebraismus habet *ex constituere me*, vel *meo*; quem docti Vulgatus molliuit. ANTIQUM, vel, *seculi*, id est, ex quo gentes in mundo creavi, posui atque constitui. ANXIENTIUM. Verbum plurale est sine antecedente. Sed cum sermo processerit de diis gentium, quos occultè notabat cum diceret ut *aliquem similem nominarent*, numerum propheticò more mutavit, et antecedens supplendum omisit: *Anxientium*, inquit, *hominibus*, ex quo mundus constitutus est *quæ jamjam eminebant, aut post longum tempus futura*, q. d.: *Aliquæ ætate à mundo condito amantaverunt idola cultoribus suis quæ nondum erant? quis ergo similis mei?* Ex quibus habemus, futurorum contingentium cognitionem aut Dei esse aut ex ipsis revelatione.

VERS. 8. — NOLITE TERE, etc. Cum idololatræ omnia vastasset in regno Israelis, occasio dabatur infirmis ut à diis gentium timerent. Talia etiam patiebatur Israel ex quibus non levis conjectura oriebatur actum esse de Israele. Ideò inquit: *Ne exparscaatis*. Nonne jam olim ab orbe condito et singulis penè ætibus significavi vobis hoc quod novissimis temporum pollicitus sum qui omnia instauraret, scelera ob quæ puniebamini auferret? Nonne jam olim me solum verum esse Deum experti estis? Vos ipsi estis testes. Plenè sunt vestre ipsorum Scripturæ: quid igitur nunc timetis? ET FORMATOR. Videntur Vulgatus et alii interpretes nonnulli legisse *iotser*, ubi nunc habemus *tsur*, ideò formatore verterunt. Est autem *tsur* *petra* seu *rupes prærupta*. Verùm quia hujusmodi refugia non pauca habebat Palestina, ut est videre in libris Regum et in profanis etiam historiis, hoc nomine pro *refugio*, *protectione* seu *fiduciâ* abutebantur Judæi; imò et Deo ipsi non rarò tribuunt, ut Deut. 52, habetur ter in Canticò, ubi Vulgatus *Dominum* dixit seu *Deum*, et 1 Reg., 2, reddidit nomine *fortis*: *Non est fortis sicut Deus noster*. Ità hic accipitur pro *Deo*. Estque idem bis positum, Scripturæ more: *Estne Deus præter me, aut Deus qui mihi sit incognitus?* Possumus quoque reddere, et vos testes mei estis, *num sit Deus præter me*, etc.

VERS. 9. — PLASTÆ, seu, *factores, formatores*. NIHIL. Hic est illa vox *thou*, quam non semel dictum est propriè id significare *quod indigestum et inordinatum est*. Inane Vulgatus initio Genesis et aliis locis non malè vertit. Est autem occulta antithesis, neque inelegans: *Factores figuram seu formam idolis dare conantur, illi verò ipsi formâ figuræque carent, sicutque ipsa prorsus inanita; nullius enim rei nomine digni sunt qui sic desipuerunt ut manibus suis se formare deos arbitrentur*. AMANTISSIMA, vel, *pretiosa*. Vox pro auro et argento et lapidibus pretiosis quibus idola ornabant accipitur. NON PRODERUNT. *Eis* addidit de suo Interpres ad dilucidationem. Verbum *iaal* etiam Abac. 2, de sculptili dicitur, et Prov. 11, de thesauris improbitatis. Pro-

pheta itaque idola non solum non afferre utilitatem notat, sed etiam quando maxime ope indigenus non juvare; id quod irridendo objicit Moses: *Surgant, opulentur vobis, et in necessitate vos protegant*. QUIA NON VIDENT. Particulam quia supplevit Vulg. et sensus planus est: *Ipsi sunt testes quòd idola non videant, neque quidquam norint; ut vel ex hoc pudeferi deberent*. Non addit autem particulâ quia, sic possunt hæc accipi: *Non opem ferre possunt idola; cuius rei ipsi luculentissimi testes sunt*. Hoc tamen non vident neque norant, hinc rei nolant attendere, ut vel sic pudefiant et idolorum cultum deserant.

VERS. 10. — QUIS FORMAVIT, etc. Quàm vana sint idola ostendit, ut fateamur nullum esse Deum qui possit cum Deo comparari, à quo est redemptio et peccatorum remissio. In quo argumento ideò tam multus est quia in universo orbe obtinuerat idolorum cultum. Hæc autem peruncatione præstrigit omnes idolorum cultores, ut prodeant, et manifestè erroris et insipientiæ suæ convincantur.

VERS. 11. — FABRI ENIM, etc. Vulgatus *vau* pro rationali particulâ, ut interdum solet, accipit; neque malè. Quomodo enim non pudefiant *fabri idolorum*, si se *ex Adam* seu *ex hominibus* esse vident, et Deum se fabricare conspiciant? Quòd si pro conjunctione capias, dicit tam qui cultum idolorum participes sunt quàm fabros ipsos non posse non pudeferi si rem attendant. Quare per hypotyposim rem prout gerebatur exponit.

VERS. 12. — FABER FERRARIUS. Hebr., *faber ferri*; ceterum nomen, quod sequitur, *maasad*, quod *limam* vertit Vulgatus, ipsis rabbinis incertum est quid sit. Quidam enim *dolabram* esse contendunt. Sed quid *fabo ferrario* et *dolabris*? Verùm quòd *faber lignarius dolabrâ*, hoc ferrarius *limâ* facit; ut non malè Vulgatus hic *limam* vertat. At Jer. 10, 3, *asciam* dicit. Alii *forcipem* esse affirmant. Sed hæc significatio loco Jeremiæ non convenit. Non aliis autem locis præterquam in his duobus hæc vox reperitur. Ego tamen, si quod sentio dicendum est, hic *maasad* participium esse existimo verbi *quod polire* seu *complanare* notat, et sic reddendum locum duco: *Faber ferrum polit*, etc. In eo autem Jeremiæ loco manifestum esse nomen instrumenti quod juxta etymologiam esse *dolabrâ*. Quòd si quis pro instrumento hoc loco accipiat, *limam* dicat, que ferrario est veluti *dolabrâ*, et cum Vulgato vertat. OPERATUS EST. Per verba presentis reddidi ut planior esset oratio: promiscuè enim interdum præteritis et futuris uti solent pro presentibus. ESURET, ET DEFICIET. Exprimunt artificum consuetudinem, qui quando cuiquam operi valde intenti sunt, ut opus conficiant, neque cibum neque potum sumunt, etiamsi interdum valde indigeant penèque viribus destituantur; quod illis præsertim evenire solet qui igni et malleis opus faciunt.

VERS. 15. — IN RUNCINA. Latinis *runcina* instrumentum fabrilè est quam vulgò *planulam* vocant, quâ fabri assamenta radunt ac poliunt. Vide locum Plinii, lib. 16, cap. 42. Ergo Vulgatus *sered* fabrilè instrumentum

esse putavit. Rabbinì nonnulli *rubricam* seu alium colorem esse putant, quo etiam fabri utuntur ad designandum quid incidere, quid etiam intactum ab instrumentum relinquere debeant. Neque valde abludivi ferri significatio; notat enim *residuum esse*; que etiam verbi significatio convenit instrumento runcinæ. ANGULARIBUS. A verbo quod *abradere* significat, Levit. 14, est nomen *maketsuath*, *anguli*, fortè quia anguli sunt pro prominentiæ abraduntur. Possumus ergò dicere prophetam significare quòd in angulis domorum et locis secretis et à tumultu alienis idola fabricarent. Sunt tamen ex rabbinis qui putent esse *instrumentum fabrilè quod abraduntur prominentiæ lignorum*, utpote *dolabram*, vel *runcinam*, vel quid simile. Sed quia *circini* mox mentio fit, nequaquam absurdum fuerit hic *angularia* pro altero quodam fabrilii instrumento accipere quod anguli similitudinem omninò exprimit, quo etiam ferreo utuntur latomi et lapidicæ, lignarii autem ligneo. SPECIOSEM HOMINEM. Hebr., *secundum decorem hominis*, id est, speciosum seu decorum hominem. HARIANTEM IN DOMO, vel *domi sedentem*; ironia est.

VERS. 14. — SUCCIDIT CEDROS. Hebr., *ad abscindendam sibi cedros*; ubi Hebræi suppleunt verbum *vadit*. Vulgatus pro præterito accepit infinitivum; neque malè. Pro præsentis quoque accipere possumus *abscindit*, vel *abscindere sibi solet*, etc. QUE STETERAT. Vulgatus *vau* pro relativo accepit, ut interdum valet Hebræis, sicut mox in hoc eodem versu, *et pluvia nutriat*, seu *crecere faciat*, quod *magnificare* dicit Hebraismus. Verbum *etiam amatis* accepit intransitivè, ut in *kal*, solet. Sed quia in *piel* est transitivum, ut supra vidimus cap. 55: *Gemma labantia surrigite*, et mox sequitur verbum *plantandi*, possumus hic activè accipere, quòd artifex, qui *succidit sibi cedros* ut idola faciat, alias denuo arbores erigat et plantet, quas *pluvia nutriat* et ad justam magnitudinem *faciat crescere*, ne desit unquam materia artificibus idolorum. Auget autem indignitatem rei, et hominum vesaniam coarguit tam *succisio* et *plantatio* quàm etiam *nutritio* per pluviam de celo, quæ est Dei veri beneficium, quod in hos usus à Deo conferri, ut videlicet eo amuli suæ divinitatis nutriantur et crescant, verisimile nequaquam est. Hæc etiam confirmant et hominis industriâ et naturæ beneficio indigere arbores illas ex quibus sint fabricandi dii.

VERS. 15. — ET FACTA EST HOMINIBUS, etc. Ad amplificationem vesaniæ hominum etiam hæc faciunt, quòd ex eodem ligno et ignem struat ad calefaciendum, et panes coquat, et deum faciat quem adoret et cui preces fundat. Idem ferè v. 16 et 17.

VERS. 16. — MEDIUM EJUS COMBUSSIT IGNI, ET DE MEDIO EJUS. Quod secundo loco repetitur *medium* est hebraismus, et ponitur antecedens loco relativi, q. d.: *Dimidium ejus combussit igni, super quo etiam carnes comedit*, quod mox exponit. Nota quoque alterum hebraismus: *Comedere carnes super carbones* est assare carnes super carbones, et comedere. Unam autem atque eandem mediètatem accipio ex quâ ignis et

super quam assate sunt carnes, quia v. 17, mox dicitur.

VERS. 17. — RELIQUUM AUTEM EJUS FECIT DEUM. Nisi malis dicere quòd *comedere super dimidium* sit fabricare mensam ex mediètate, ut non solum duas partes fieri ex ligno significet.

VERS. 18. — NESCIERENT, etc. Ubi que agerent descripsit, in eorum insipientiam manifestè invehitur. OBLITI ENIM SUNT. A verbo obliu accipiendum est. Vulgatus impersonaliter accepit, ut solent tertiæ personæ in Hebræo; ad verbum enim sic habetur: *Quia obliu à videndo oculos eorum*. Potest et sic reddi: *Oblinito est ne videant*, etc.

VERS. 19. — NEQUE RECOGITANT. Ego Hebræa ad verbum expressi, nisi quòd verba in præterito posui. Illic vides quòd exigat à nobis Deus pressam considerationem nostrarum actionum. Multi enim ab incepto desidererent, si quid agant, aut quâ ratione moti, quis denique finis et fructus suarum actionum futuris sit, mente volverent, quemadmodum sapiens ille dix abstracte conabatur Davidem ne juberet numerari populum: *Quid*, inquit, *dominus meus vult in re hujusmodi?* sic etiam Paulus: *Quem fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis?* Ergò non consuetudo, non aliorum exempla, non insite vulgi opiniones animo auferant, sed actiones hominis mentis consideratio semper comitetur. IDOLUM FACIAM. Ego *abominationem* verti, ut nominis propria significatio innotesceret; alioquin Vulgatus rectè verti; familiare enim est Hebræis *abominationem* nomine idola et Deos gentium notare. ET ANTE TRUNCUM. Est nomen in Hebræo collectivum, quod *germen* reddere possumus. Job. 40: *Montes germen ferunt* ei. Vocat autem idolum *germen ligni*, quòd instar germinis ex ligno sit fabricatum; sicut eadem ratione de idolis dicitur, Jer. 10: *Quasi palmæ dispositio eorum; et tamen non loquuntur*, etc.

VERS. 20. — PARS EJUS CINIS, etc. Quia aliis punctis nunc legunt Hebræi vocem *raah* quàm Vulgatus legerit, hic vertunt *depassens cinerem*, vel *depassitur cinerem*, etc., ut sit simile illi quod Ose. 14, dicitur: *Pascit ventum*, id est, frustrâ laborat: at Vulg. *he* accepit pro relativo, et *ra* pro nomine ab eodem verbo usitatissimo, id est, *amicus, sodalis, socius, familiaris*, etc. Sed quia etiam dicitur de partibus invicem pertinentibus, ut Gen. 15, 10, Vulgatus pro parte accepit, neque malè, et verbum substantivum supplevit. Ego quoque hæc eadem ratione, quam neque ipsi rabbinì audebunt infringere *roeh* accepit quasi scriptum esset aliis vocalibus, dixi: *Socius cineris* est, quasi dicat de idolo, quòd altera pars illius trunci seu rami in cinerem versa sit; et pro *inclinabit illum* dixi *inclinabit se*; nam relativum indifferens est; estque sensus planus; quem Hebræi, lectionem Massoritarum secuti, nequaquam assequi potuerit; neque longè abest à sensu quem doctus interpres expressit; cuius in locis difficultioribus semper video præluere iudicium et pietatem; quæ duo in turbâ interpretum perimèque desidero. Quòd si cum Hebræis legas, ego certè per



eum qui *pasceat emerem* quasi proverbiali formâ serpente illam antiquum intelligerem, cui in penam datum est ut *pulverem comedit*. Ille ergo est qui *fallens cor inclinat ad colenda idola*, etc. Sed tam hanc interpretationem quam quae Hebraei afferunt duritie aliqua non vacare video.

VERS. 21, 22. — **MEMENTO NOREM**, JACOB. Hactenus insaniam idololatriam explicavit; et quâ ratione possent ad sanam mentem redire non tacuit; jam ad *Israelitas conversos*, quos volebat intelligerent solum ipsum esse Deum, monet ne istorum *obliviscerentur* quæ si gentes animadvertentes, errorem deponerent; proinde se uno Deo contenti, ab ipso pendere velint tanquam Domino qui et illos initio *creasset*, et tandem ad *servitutem peccati redimeret*; ob quæ duo beneficia, si saperent, nunquam ab eo recederent. Ut autem à peccatis redemptionem, prout dignum erat, testamur, *caelos et terram*, etc. ad laudes Deo decantandas ex abrupto invitat, dicens:

VERS. 25. — **LAUDATE, COELI**. Non malè etiam sic redderetur: *Congratulamini, caeli*. Non solent propheta insensibilia corpora ad laudes et congratulationes decantandas invitare, nisi et in maximis rebus, et ex magno animi affectu, quando videlicet vident non sufficere homines ad gratias reddendas, et beneficia omni gratiarum actione esse majora. MISERICORDIAM. Quispiam de suo addidit nomen hoc. Simpliciter enim habetur, *quoniam fecit*; et majorem emphasis habet hæc reticentia; sicut illic: *Spera in Domino, et ipse faciet*. Certè quando sic Scriptura loquitur, aliquid Deo dignum opus fieri designat. Nisi velis ad id quod versus superiori dixerat referre; *quia fecit*, videlicet hoc quod paulò antè dicebam, *delevit transgressiones*, etc., quod mox exponit. **QUONIAM REDEMIT**, etc., q. d.: Hæc gratiarum actiones, hos triumphos, hæc et ovationes et congratulationes redemptionis à peccatis promeretur. Ne putetis, ô Judæi, rem esse parvi momenti, etc. Hæc, ni fallor, referenda sunt omnia hæc, sicut initio capitis hujus diximus; quibus omninò similia sunt quæ sequuntur.

VERS. 24. — **HÆC DIXIT DOMINUS**, etc. Hæc summa est promissionum illius Jehova creatoris et redemptoris tui, qui à primis incunabulis tui curam gessit, ex eo videlicet tempore quo Abraham vocavit, Isaac et Jacob per exteriorum terras deduxit, patres vestros in Ægypto contrivit, auxit, atque ex Ægypto liberavit. Hæc tendunt promissiones illæ de redemptore venturo. Hæc sunt illa portenta et præclarissima gesta quæ facturum credis illum omnipotentem qui omnia ex nihilo condidit, etc. **STABILIENTS TERRAM**. De verbo *raca* et *extensio celorum* jam supra dictum ex cap. 42, Gen. 1. Græcos secuti nostri *firmamentum* vertunt nomen *rahah*, idè quod et hoc loco verbo *stabilienti* reddidit vetus Interpres. De *terrà* item dictum supra 42, propter latam et extensam ejus superficiem et immensam terrarum spatia. Neque enim figura rotunda impedit quominus celos dicamus *extensos*, aut etiam terram.

VERS. 23. — **IRRITA FACIENS**. Inter cætera quibus

potentiam Dei commendat propheta, est, quòd *signa falsorum prophetarum et magorum, qui magne sunt auctoritatis apud exterarum nationes, labefactat et infringat*; quæ sunt ex ta animalium, garrivus avium, somnia, et similia, quæ passim mendacia esse faciunt. Vocavit autem prophetas *baddim*, id est, *ceci* (ut quidam vir doctus vult), quia sunt veluti repagula communitatis. Quare sic interpretatur illud Jer. 50: *Gladius ad Baddim, et stultescent*; ubi et *Vulgatus divinos* vertit. Ego, etsi fateor interdum principes et magistratus *berikim* veteres in Scripturis vocari, nullibi tamen prophetas aut divinos *rectes* dici reperio. Nam in his duobus locis *magos* designari existimo et *eos qui necromantiam exercent*, dictosque *baddim*, quasi *solitarios*; hujusmodi enim homines solitudine gaudent, et absque arbitris incantationes suas peragunt. Juxta varias autem species hujus artis varia sunt etiam et signa, quæ omnia *irrita* se facere Dominus affirmat; ut hoc sit quod dicit Jeremias: *Stultescent Baddim Babylonici*. **CONVERTENS SAPIENTES RETROSUM**, vel quòd non audeant recto vultu stare cum inania fuisse sua consilia et inanes deliberationes aspiciunt; vel quia, cum contrarium eventum earum rerum quæ expectabant, contrarias quoque cogitationes et contraria consilia inire cogantur. Hoc ferè est quod sequitur: **SCIENTIAM EORUM STULTAM FACIENS, seu inconstantem**. Non enim sibipsis constant, repugnante Deo, sed quæ paulò antè abjecerunt consilia rursum sequuntur. Sicut autem talem se exhibet impiis, sic qualem sui Deum experiantur jam explicabit. Hujus 25 versùs expositionem habes in hoc ipso propheta, infra 47, 45 et seq.

VERS. 26. — **SUSCITANS**, etc. Sicut impiorum consilia et sapientiam labefactat, ita etiam *verba servorum suorum stabilii et confirmat*. Existimo sanè quòd quando in singulari dixit *verbum servi sui*, de ipso Isaiâ intellexit, et de verbo de Jerusalem reedificandâ jussu Cyri. Quæ promissio una eademque est cum eâ quæ paulò antè processit et toto hoc capite tractatur, nempe redemptionis à peccato per Christum. Etsi enim materialis illa Jerusalem per Cyrum jussa sit edificari, et hoc Judæi expectarent illo tempore quo destructa jacebat, tanquam ingens beneficium, idque hoc loco Isaiâ promiserit, illius alterius spiritalis edificationis per Christum totum hoc typus quidam erat, ut in sequenti capite et aliis apparet. Cum ergo celos et cæteras creaturas ad-decantandas Deo laudes ob remissionem peccatorum provocasset, hocque esse opus Dei omnipotentis dixisset atque sapientis, promissionem quoque de reedificandâ Jerusalem inserit, ut hæc non corporaliter tantum sed etiam spiritaliter adimplendam intelligerent audientes. **HABITABERIS; EDIFICABIMINI**. Possunt per imperatorem verti hæc verba. **DESERTA SUSCITABO**. Ad verb., *siccitates erigam, vel suscitabo*. Hebraismus, ut jam admonui, *arbores et ædificia* dicit *excitari* quando succrescunt. Promittitur ergo hic quod loca arida, quæ deserta esse solent, replenda sint arboribus et ædificiis; quod spiritaliter quoque intelligendum est. Meminisse etiam hoc

loco oportet interdum etiam desertas civitates Hebræis *excitatas* appellari et *siccitates*.

VERS. 27. — **PROFUNDUM**, seu *profunditatis*. Certè de Babylone est sermo, per quem fluebant flumina Tigris et Euphrates; quorum cursum avertit Cyrus, ut exciccato alveo subintrarent milites civitatem. Cum ergo de reedificandâ Jerusalem jussu Cyri ageret, meminuit quoque vastationis Babylonis per ipsum Cyrum; per quem Dominus in vindictam eorum quæ Chaldæi adversus Judæos et sanctam civitatem et templum patravérant, Babylonem destruxit. Vide Jer. 50. Ejusdem autem potentie erat Babylonem in solitudinem redigere et Jerusalem reedificare, ejusdemque honoris utrumque Judæis nuntiari. Certè si seriem totam verborum attendas, ex omnibus beneficiis in Judæos collocatis, tam antiquis quam novis, intelliges fidem conciliare prophetam, ut sibi promittenti peccata per Deum delenda crederent: Scis, inquit, quisnam sit qui peccata tua auferat et à peccatis redimat? Ille certè qui te formavit ab utero; qui te ex Ægypto

## CAPUT XLV.

1. Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam, et aperiam curam eo januas, et portæ non claudentur:

2. Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo; portas aereas conteram, et vectes ferreos confringam.

5. Et dabo tibi thesauros absconditos, et arcana secretorum: ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israel:

4. Propter servum meum Jacob, et Israel electum meum; et voca te nomine tuo; assimilavi te, et non cognovisti me.

5. Ego Dominus, et non est amplius; extra me non est Deus; accinxi te, et non cognovisti me;

6. Ut sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidentem, quoniam absque me non est. Ego Dominus, et non est alter;

7. Formans lucem, et creans tenebras; faciens pacem, et creans malum; ego Dominus faciens omnia hæc.

8. Rorate, cæli, desuper; et nubes pluant justum; aperiat terra, et germinet salvatorem; et justitia oriatur simul; ego Dominus creavi eum.

9. Va qui contradicisti factori suo, testa de sanitis terræ; nunquid dicit lutum figulo suo: Quid facis? et opus tuum absque manibus est.

10. Va qui dicit patri: Quid generas? et mulieri: Quid parturis?

11. Hæc dicit Dominus, Sanctus Israel, plastes ejus: Ventura interrogate me; super filios meos, et super opus manuum mearum mandate mihi.

12. Ego feci terram, et hominem super eam creavi ego; manus meæ tetenderunt caelos, et omni militia eorum mandavi.

15. Ego suscitavi eum ad justitiam et omnes vias ejus dirigam; ipse ædificabit civitatem meam et captivitatem meam dimittet, non in prelio, neque in numeribus, dicit Dominus Deus exercituum.

redemit, qui omnia potest, qui sapientissimus est, qui nunc de Jerusalem reedificandâ promittit et Babylone everteudâ, quique hæc promissionem adimplebit, ut non possis non expectare illam alteram promissionem, quæ caelum et terram laudificabit, fore complendam. Atque hæc redemptionem volebat Dominus Judæi magni facerent, cætera autem ad hæc referrent tanquam umbras ad veritatem.

VERS. 28. — **QUI DICIT CYRO**, **RASTRUM MEUM**, id est, qui Cyrum mihi in pastorem insituro, et pastorem atque regem meum creo. Insignis est hæc propheta, in qua nomen ipsum exprimitur illius Persarum regis qui redire jussit Judæos ex Chaldæa. **Hunc suam pastorem** appellat Dominus, quòd Cyro usum est tanquam pastore, qui curam habebat ovium suarum, quique per omnia Domini voluntari paruit. Hoc multo antè prædici voluit Judæos ob eas rationes quæ supra commemoravi, et ut in sequentibus aperit, ne alteri Deo liberationem hæc adscriberent, infra 48, 5.

## CAPITRE XLV.

4. Voici ce que dit le Seigneur à Cyrus mon christ, que j'ai pris par la main, pour lui assujétir les nations, pour mettre les rois en fuite, pour ouvrir devant lui les portes, sans qu'aucune lui soit fermée:

2. Je marcherai devant vous; j'humilierai les grands de la terre; je romprai les portes d'airain, et je briserai les barres de fer.

5. Je vous donnerai les trésors cachés et les richesses secrètes et inconnues, afin que vous sachiez que je suis le Seigneur Dieu d'Israël, qui vous ai appelé par votre nom;

4. A cause de Jacob, mon serviteur, et d'Israël, mon élu. Je vous ai rappelés par votre nom; j'y en ai encore ajouté un autre, et vous ne m'avez point connu.

5. Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre, il n'y a point de Dieu que moi; c'est moi qui vous ai mis les armes à la main, et vous ne m'avez point connu.

6. Afin que, depuis le lever du soleil jusqu'au couchant, on sache qu'il n'y a point de Dieu que moi. Je suis le Seigneur, et il n'y en a point d'autre.

7. C'est moi qui forme la lumière, et qui crée les ténèbres, qui fais la paix, et qui crée les maux; je suis le Seigneur qui fais toutes ces choses.

8. Cieux, distillez de en haut votre rosée; et que les nuées fassent descendre le juste comme une pluie; que la terre s'ouvre et qu'elle gemme le sauveur, et que la justice naisse en même temps. Je suis le Seigneur qui l'ai créé.

9. Malheur à l'homme qui dispute contre celui qui l'a créé, lui qui n'est qu'un peu d'argile et qu'un vase de terre. L'argile dit-elle au potier: Que faites-vous? Votre ouvrage n'a rien d'une main habile.

10. Malheur à celui qui dit à son père: Pourquoi engendrez-vous? Et à sa mère: Pourquoi enfantez-vous?

11. Voici donc ce que dit le Seigneur, le Saint d'Israël et celui qui l'a formé: Interrogez-moi de ses choses futures; demandez-moi ce que je dois faire touchant mes enfants, et les ouvrages de mes mains.

12. C'est moi qui ai fait la terre; c'est moi qui ai créé l'homme pour l'habiter; mes mains ont étendu les cieux; et c'est moi qui ai donné tous les ordres à la milice des astres.

15. C'est moi qui l'ai suscité pour faire justice, et qui planterai devant lui tous les chemins. Il rebâtira la ville qui n'est consacrée, et il renverra libres mes captifs, sans recevoir pour eux ni présent, ni salaire, dit le Seigneur Dieu des armées.